



Phoenicis, sive Consecrationis augustae liber unus, ad divum Philippum Hispaniarum, Neapolis, Siciliae &c. regem

<https://hdl.handle.net/1874/8949>

PHOENICIS
SIVE CONSECRATIO-
NIS AVG VSTAE LIBER VNVS,
ad Diuum Philippum Hispaniarum,
Neapolis, Siciliæ, &c. Regem.

AVTORE
Ioanne Voerthuio, Praeposito Dauentriensi.



ANTVVERPIÆ
Ex Officina Gulielmi Syluij, Typographi Regij.
CVM PRIVILEGIO.

CAutum est diplomatæ Regio, ne quis hunc Phœnicis libellum seu consecrationem Augustam, præter Gulielmum Silium Regium Typographum imprimat, vel alibi impressum venum exponat, sub graui mulcta quæ latius in literis ipsi Silvio super hoc concessis explicatur. Datae Bruxellæ 4. Februarij. 1562. Subscriptæ

Facuvverz.



ORBIS DELICIAE ET AMOR PHILIPPVS.

S E R E N I S S I M O P O. T E N T I S S I M O Q V E P R I N C I P I

*Philippo Hispaniarum, Neapolis, Sici-
liæ, &c. Regi.*

Domino suo clementissimo.

SI QVI E CÆLO DATA, REX
inuictissime, & ab immortali Deo,
viris fortissimis de manu tradita im-
peria, ordine, ratione, & vna natu-
ræ luce circumscribunt, rectè faci-
unt: rectè equidem mihi facturus
videor, si quam institui Diui Patris tui CONSECR A
T I O N E M, ad admirabilem incredibilémque in stel-
lis constantiam, ad ipsam illam in omni æternitate
temporum conuenientiam conformem. Nam si qua
inter homines dicenda sit AΠΟΘΕΩΣΙΣ, ea demum
multò verissima est, quam in se se vsque recurrens &
mori nescia PHOENIX, magnis atque diuinis in ter-
ra patefactis operibus constituit, quam suo cælum
imbre, quam cælesti mens mundi rore irrigat, & in
quam ipsissima, vt sic dicam, siderum defluvia illa-
buntur. Etenim, vt est in inuariabili ac varie varia su
premorū orbium contemperatione sensus quidam
secretor, per rerum vniuersitatem commens, quem
alij Animum mundi, alij Spiritum appellarunt: ita, si
quæ Diui Patris tui Imperium, consilia, occasiones,
euentus, & affectus circumfistunt, ad rerum præcla-
rè à CAROLO MAGNO gestarum magnitudinem ex
pendas, præstantem excellentémque Naturæ vim,

qua superiorum corporum progressus sistitur , &
quasi in se reflectitur , quaque Germanici Imperij
fundator C A R O L V S reducitur,cōspicias.Q uæ qui-
dem Principis sanctissimi,& in Diuos relati Repræ-
sentatio,iustissima est Diui Patris tui, Cæsaris sacra-
tissimi K A Θ I E' P Ω Σ I Σ, longè alia profectò, quām
qua suos quondam Romani Imperatores (vt sic di-
cere liceat) deificabant. Nos enim , quibus singulari
Dei munere,in ipsa diuinæ cælestisque virtutis reci-
procatione viuere contigit , pro Aquila (quæ simul
cum deiecto igni è pyræ fastigio demissa, Principis
animam in cælū deferre credebatur) P H O E N I C E M
cælo genitam reponimus : & purpuratis curruum
pro rectoribus , qui in Consecratione Cæsarea,Du-
cum & magnorum hominum personas sustinebant,
Heroës, rediuiua atque immortalia ætatis vtriusque
ornamenta substituimus:aromatum verò pro acer-
uo,cinnama myrrhamq; & mixto balsama amomo.
Et mitem casiam,& olenitis vimen acanthi,ac thuris
lachrymis,nardique pubentis aristas,diuite Naturæ
secretioris è myrothecio effundimus: Demùm cerea
mortui Imperatoris pro effigie,viua damus, & qui-
dem expressissima duarum ætatum simulacra. Et tan-
tum de institutæ à me Consecrationis ratione & cō-
silio. Nunc cur tibi Rex Serenissime,indulgentissi-
mo bonorum omnium Mæcœnati,quem & bonæ re-
uerentur Musæ,& quem Charites Gratiæq; cōmen-
dant,hoc,quod Diuo Patri tuo, & cælum & cæli ac
naturæ parens Deus obtulit elogium , inscripserim,
nō est,quòd facti ea in re mei rationem reddere de-
beam,cum excelsa illa atque admirabilis , & verè di-
uina

uina Paternarum virtutum gloria, Regio tuo diademati æquè proprium & peculiare sit ornamentum, ac est augusta tot populorum hæreditas, & per beatæ iustæ felicitatis successio. Accipe igitur Rex Clementissime, PHOENICEM hunc meum priscum primorum prudentum, & eruditæ vetustatis hieroglyphicum verū rediuiuæ naturæ symbolum, & quod-dam quasi æternitatis simulacrum: ac (quod sacratissimam Maiestatem tuam, Illustrissimus Methymnæ cæli Dux, nunc Siciliæ Prorex, ante annos plus minus quinq;, Bruxellæ vt faceret, rogauit) eius, quem suo PHOENIX auspicio denuntiat, dignitate diuinitatéque PHOENICEM æstima: quem tum demum Rex Inuitissime, magni facies, cum quæ & domi & militiæ gessit Pater, suo Deum immortalem firmasse decreto conspexeris. Ex iis verò, qui sacratissimam Maiestatem tuam & officij & honoris ergò, au rata subter testudine circunstant, neminem tam ve cordem aut supinum vñquā futurum arbitror, qui, quæ tot virtutibus, Regum moderator & Rex Deus, cumulauit, quem tot illustribus auxerunt victoriis boni Cælites, mecum nō admiretur. Reliquum est, vt qui exemplo maiorum in fide obseruantiaq; præcessi nominis tui Rex, acquiesco, pro fausta eius tantæ vestri imperij administratione vota faciam: vt histantis difficultatibus, & Ecclesiæ suæ, & tibi à se commissis Regnis, Deus immortalis per te rite consulat: vtque hic excellentum virtutum, & per illustris fortunæ decursus, à Diuo Patre tuo, ipsissimo Pipini filio, ipso Carolo Magno, seu cælo potius ab ipso, ad vberem tum pietatis, tum studiorum fructum per

quam oportunè dimanet. Maiestas autem Rex ser-
nissime tua, & quòd innocenter vixit, & quòd forti-
ter egit Pater, vni sæculorum Regi, vni exercituum
Domino acceptum referat. Eius enim solius est re-
gnum & potentia: eius est in omnem æternitatem
perdurans gloria. Bruxellæ. V. Cal. April.

Anno Salutis. M. D. LX.

SACRAE TVAE MAIESTATI.

deuotissimus

Joannes Voerthuusius.

ILLVSTRISSIMO ET RE-
VERENDISSIMO DOMINO, DOMINO
Antonio Perenotto à Granuella, primo Mechliniensium
Archiepiscopo, & S. R. E. Cardinali. Multo be-
nignissimo bonarum artium & doctrinarum
Mæcenati. Ioannes Voerthusius
Præpositus Dauentri-
ensis S.

R Edit ad te Præful amplissime , qui te nuper re-
linquere videbatur,tuus IMPERATOR , tuus
CÆSAR , tuus AVGVSTVS CAROLVS , & cum
illo & in illo , Germanici fundator Imperij , Ca-
rolus Pipini Filius . Bis magnus hic : ille TER Ma-
ximus: à Deo coronatus vterque. Ille , vt qui de Im-
perij & tot regnorum gubernatione tot annos te
consuluit, Diuina vicissim è cælo te edoceat: hic , vt
de illo , qui , si non libris totis septem , periochis sal-
tem septem de se locutus est , verbis septem tibi lo-
quatur. Vtriusq; verò subuector in cælū PHOENIX ,
non ex Cuncleis aut Felici Arabia : sed ex Teneris
& fecūda Transīsulania ad te aduolat: vt hæc magna
tibi dignitatum incrementa, Mechliniensem Archi-
piscopatum, & dudum meritos sacræ purpuræ ho-
nores & Caroli Magni & Maximi nomine , fausto
cum auspicio congratuletur. Vale Antistes multò
dignissime.

T Y P O G R A P H V S
studiosis.

VT Romanorum eruditissimus Varro, qui solus Afinij Pollionis iudicio viuens statuam in bibliotheca Palatina meruit, suis ijs in libris quos Ciceroni nuncupauit, quæ contra linguæ Latinæ disciplinam, quim vocant etymologiam, dicerentur, volumine primo, quæ pro ea secundo, quæ de ea tertio, exposuit, sic auctor suam hanc, è secretioris naturæ aditis erutam Consecrationem, in illa quæ Carolus Magnus & Maximus ipsi, immortali cum gloria peregerunt, quæ contra eos hinc inde tentata sunt, quæ cum ijs & pro ijs acta sunt, quæq; de ijs fuit orbis quaqua versus opinio, partitus est. Quin ut Varro ad imitationem Pithagore, rerum & verborum, bis duo, prima genera posuit, quorū duo sunt status, & motus. Quod stat, aut agitatur, corpus. ubi agitur, locus. dum agitur, tempus: quod est in agitatu, actio: eum ad modum Uerthusius, naturæ mirè varias actiones, corporibus, locis, deinde his quæ in locis acta sunt, temporibusq;, tum quæ cum temporibus sunt coniuncta, ut que cum his sunt coniuncta adaptat. Et ijs quidem periochis vtriusque etatis & celi & terræ historias, per quam compendiosè complexus est. Hoc volebam, Lector, nescius ne esses. Vale, & Auctoris eiusdem Annales, ac per quam eruditos de Genio, siue de diuina atque admirabili felicium & Virtutorum Animatione Commentarios propediem expecta.

C. Plinius Secundus Naturalis historiæ libro X.
de Phœnice.

*Cùm huius alitis vita, magni conuerzionem anni fieri
prodidit Manilius, iterumq; significationes tempestatum,
& siderum eodem reuerti.*

Iulius Solinus, de Phœnice.

*Cùm huius vita magni anni fieri conuerzionem, rata, fides
est inter auctores.*

Horus Apollo in Hieroglyphicis de Phœnice.

*Ægyptij instaurationem diuturnam, & quæ postmulta
fiat secula, volentes indicare. PHOE NICE M auem pin-
gunt: hic enim dum nascitur, rerum vicissitudo fit, & inno-
uatio.*

B

PHOE-



6

PHOE NICIS, SIVE CONSECRATIONIS AVGV- stæ, ad Diuum Philippum Hispaniarum, Nea- polis, Siciliæ, &c. Regem.

Joanne Værthusio auctore.

L I B E R V N V S.

GO GIT ANTI mihi Rex Inuictissime, &
in admirabilem ordinis sempiterni continuatio-
nem intuenti, recte sentire videntur, qui rebus
omnibus PRO'NOIAN, suprema ex mente
manantem, prestituunt: quæ cælestia maximè, deinde in terris
ea quæ ad homines pertinent, diuina planè ratione conficiat.
In caelo enim stelle omnes & errantes & inerrantes, orbi-
bus suis & ductibus sursum deorsumq; conuersæ, eisdem
locis signisq; vnde cunq; volumus eas discessisse, certis tem-
poribus sese constituant, & animatos veluti tractus imi-
tantur: & in anno communi omnia in orbem æta redeunt,
hyems, æstas: ver, autumnus: aratio, statio: maturitas, &
conditio fructuum. Inter homines vero vsq; adeo ad eandem
inter se comparationem res omnes sapienter offerunt, ut aut
eadem omnino ritè facta conuersione, & iustis confessis
spatijs redire: aut aliorum partes in alijs confici necesse sit.

Sic per omnes vniuersitatis partes, præpotens ille naturæ
genius, seu, simauis, prouidentia diffunditur. Vsq; adeo par-
tes vndiq; æquabiles, ipse per se atq; inter se continentur.
At vt earum, partium dico, alia sint in alijs, nō omnium ta-

P H O E N I C I S.

*mē partes in omnibus, vt nec vniuersciusq; ratio vel ingenij,
vel naturæ vniuersciusq; cum ingenio naturaq; recte con-
iungit.*

Prudenter ergo illi, qui post habitis anxijs ambiguæ emula-
tionis studijs, ad eos sese couertunt, in quibus quid, quod
ad naturam suam accommodatum appareat, compere-
rint. Nam ita dēmum animus humanus per quosdam quasi
cognate naturæ gradus, ad rerum certò assequendarum re-
ctam rationem felicissimè effertur.

Eum ad modum Alexander Seuerus, Mammæ filius
ad Alexandri Magni imaginem, veluti ad pulcherrimum, vt
ei quidem videbatur, perfectissimumq; veri Imperatoris si-
mulacrum, curam, atq; animum suum traduxit. Neq; enim
potest quisq; non id, quod naturæ suæ accommodatum sit,
Graci' OIKEION vocant, appetere. Erat autem vt ille (de
Alexandro Magno loquor) admodum adolescēs. Ita hic pae-
ne puer, cū ad Imperium vocaretur. Et vterq;, quod mi-
reris, incredibili animi contentionē doctrinæ studia comple-
tebatur. Ille patrem virtutis, & vt Aurelius dicebat, re-
gium Poëtam Homerum, & in Homero Achillem. Hic Vir-
gilium (quem ad imitationem Panatij Platonem poëtarum
appellabat, & in Virgilio Aeneā præ reliquis admirabatur.
Eius Alexander Magnus Iliadi, rei militaris, vt aiebat, vi-
atico, dormiens incubuit: Et ad huius Virgilij dico, imagi-
nem, quam cum Ciceronis simulacro, in larario consecrārat,
procubuit Mammæus.

Habuit eius etas Platonem, Aristotelem, Theophrastum,
illustres, sanctissimi Socratis.

Huius Sabinum, Vlpianum, Paulum, maximos verè di-
uisi.

uini Papiniani, quem vnum cum Socrate committendum
puto, discipulos.

Hi dissentientes magnorum virorum de vita ciuili
sententias, ad certas aequabilesque rationes expende-
runt: Illi vagis, de natura bonoque, cogitationibus ordi-
nem lucemque dedere. Magna sanè naturæ indulgentioris
argumenta.

VE L, vt idem in duobus nostræ huins ætatis magnis
viris commonstrem, Petrus Bembus Cardinalis Venetus.
*Petrus Bem-
bus Cardinalis
lis Venetus.*
T. Liuum, rerum Romanarum scriptorem, tantum non
diuimum, in historia Veneta, seu operis saltē in consilio,
imitatus est, & pari propè dixerim felicitate, qua magnifi-
cus vrbis Venetae Senatus, priscæ ad Romæ maiestatem, in-
nocuo cum Imperio sensim confurgit.

Et (vt sunt perbeata honoratis in nominibus Omina)
Antonius qui aurea Latinorum ætate, summa eloquentia,
summa eruditione, uno orbis & urbis in Senatu emi-
nebat: nunc prima primi terrarum Principis in Concilia,
nouo adauctus rare felicitatis incremento redijt. Is qui post
nouennalem, fatali Martis in Orchestra, Atrebatesio, hie
manū & Christiani sanguinis refusionem, terris profugam
'EPIH'NN, in terras iterum reduxit: aut vt maxi-
mè patria Romanus non sit noster hic Antonius, magno tamè
suo merito Romanus est, si quid modo meretur, qui sermo-
nē non tantū pernouit Romnū, sed & qui quod Roma pri-
scā loquitur, quod ruinis obruti sonant Triumphi, quod Ro-
ma in tumulo spirat Colossi, omne perdidit: vel qui si indi-
gnè sepultum, virtutis maiestatisq; Latinae ΣΚΕΛΕΤΟΝ,
animata iterum in luce, cū cuī & carne & ossibus reposuit,

P H O E N I C I S.

Quirini ciuitate donandus est: ne dicam, quod, vt priori illi Antonio, ita & huic nostro, non nunc tantum, sed & complures ante annos, Senatori Romano esse licuit: nisi sacratissimæ tue Maiestatis præ obseruantia, iam diu meritam & pridem adeò delatam purpuram modestè recusare, quam galero insignis esse maluisset,

Verū, vt ad prisca ætatis illustres animas reuertar, quid Aurelium Alexandrum, vt spes tam amplas representandi Alexandri conciperet, impulit? An, quòd in æde apud Arcenam Alexandro sacra, cum peperit mater? an, quòd eò, quo Alexander obierat die, illum nasci contigit? aut, quòd idem cum Magni patre Pilippo, Aurelij nutricius Philippus nomen sortitus est? vel, quòd vt huic mater, ita illi nutrix fuit Olympias?

De nostris, quid Bembum, vt ad Liuum potius, quam ad alium quem è cætu eruditorum oculos conuerteret, adegit? An, quia nunc si viuat Liuius, ciuis Venetus cum Bembo futurus sit? Velequid solis Antoniorum à nominibus, ter beata illa naturæ, morum, dignitatisq; ΣΥΓΓΕΝΕΙΑ sese obtulit? Alia, alia sit & magis abdita ΣΥΜΠΑΘΕΙΑ, magis amica naturæ confiratio, necessum est. Nam non eandem tantum in his inuenias, vita & morum temperationem, sed & eosdem planè ad res maximas conatus. Porrò ad illas non semetipſi, sed lucentis aetheris conuexum, aut quæ illud moderatur, Mens animauit. Nā mortaliū licet animi ingenitæ propinquitatis nexu inter se deuineti sint, vt quisq; in ſe mirificam imitandi vim, ac emulatione quadam mixtam cupiditatē sentiat, qua quemſcit in eo vita genere, in quo ſibi elaborandum eſſe duxerit, excellere ac pŕaſtare ceteris, illum ſibi vnum ad imitandum quis-

quisq; proponit, egregiè magnum tamen ad res arduas momentum minimè adferet, nisi cælum, & quam prudentes admirantur, mundi anima, spem speratam, vt Plautus ait, circumplexa, suo veluti in sinu foueat.

Et Hic est prædulcis ille cœli amor, qui summi Principis, Regis maximi, Imperatoris potentissimi diuinam mentis indolem, Magno illi, pacifico, ac à Deo coronato Imperatori Carolo nascenti circumfudit. Eadem enim Duuo Patri tuo, Rex Inuictissime, cum summo viro, summo Imperatore Carolo Augusto, omnium qui vixerunt Principum sanctissimo, cuiq; & aram & cælestes religiones maiores decreuerunt, de Republica, eadem de priuatis cura, eadem ijsdem in locis fuit militia, & in quo est omnis rediuiua naturæ vis, voluntatum, studiorum, sententiarum, misericordia, non in Principibus tantum, sed & in omni etatis virtutisq; tum pacis, tum belli disceptatione, consensio est.

Testantur hoc, quæ & CAROLVS MAGNVS & DIVVS PATER, Religionis & politiæ, viuæ laudis plenissimis in actionibus, queq; doctrinaru propter studia & publicè & priuatim effecerunt.

Testantur, quæ contra ipsos ab Asia Africaq; & in Europa tentata sunt: & quæ filij heredes: quæ amici, socij, familiares, toto orbe præsiterunt. Quin eadem planè loquuntur, quæ fæderatis, socijs, amicis, cognatis vicinisq; populis vtraq; etate accederunt.

**AB HIS, QVÆ CAROLVS MAGNVS
ET MAXIMVS IPSI, RELIGIONIS,
POLITIÆ ET DOCTRINARVM
PROPTER STVDIA EFFECERVNT. I.**

*PIETAS primù Rex sacratissime, quæ sola nos Deo A Reli
com- gione.*

P H O E N I C I S.

commendat, & qua vna omnis humana salus continetur,
ex aequo & Diuo Patri, & Carolo Magno cura fuit.

Vt hic à prima statim ætate nihil prius habuit, quām vt
ruentem & tantum non collapsam, Christi Dei in terris
Ecclesiam, quod quidem in se esset, restitueret: Ita Diuus
Pater, conuerso religionis statu, & dilapsis melioribus fin-
cierioris doctrinæ institutis, in eam curam totus vti debuit,
incubuit.

Pater, quod nihil vsquam sani & integri moris esset,
nunc Augustæ, nunc Vuormaciæ, nunc Ratisponæ, & tādem
Tridenti, plentissimos quoq; in consilium adhībuit, & in o-
mnes sarcendæ Concordiæ rationes inquisiuit. Carolus (eo
verò nomine Magnum post hac appellabo) & Augustæ,
& Vuormaciæ, & Ratisponæ, aliisq; in locis, vt & Diuus
Pater, grauiſſimum illud & sanctiſſimum vnitatis Eccle-
ſiaſtice nomen, accuratiſſimiſ consilijs protexit.

Priuatim quoq;, vt ille in corpore humano, vitam cæle-
stem imitabatur, vt diuinæ bonitatis effigiem in suis & mo-
ribus & factis adumbrabat: Ita Diuus Pater, humana, &
qua mundus admiratur omnia, atq; adeò semetipsum super-
gressus, præfulgens hoc illud Augusti Imperij diadema, quod
vt illi detraherent, complures erant anni, sibi detraxit, &
positis tot Regnorum ſceptris, ad vnum & ſolum Deum o-
culos conuertit.

II.
A Politi-
cis.

Priùs tamen, quām animum ab Imperij cura & rerum
procuratione aut Pater aut Carolus abduceret, rectam &
Dei à numine tractam rationem, sua vterq; ætate orbi pro-
posuit: rationem, inquam, qua trāquilla libertas inter mor-
tales confitui, quare recreari fides poſſit, qua scelus fraudemq;
nocētis, intenta supplicij formidine subigas, qua ſua recte fa-
ctis

*Etis præmia decernas. Neq; enim paſſi ſunt, quod iſi ſibi le-
gem innocentiae, continentiae, virtutumq; omnium indi-
xiſſent, quemq; temere ab officijs ſui Religione declinare.*

*Ciuitates quoque et honesti bonorum virorum cætus, que
propria Principum cura eſt, utrique curæ fuerunt. Ille, ad
ornandas ædificijs: Diuus Pater, ad fundandas legibus &
inſtitutis ſingulatim ciuitates totum ſe cōtulit. Illi, ut cōſti-
tueret: Patri, ut cōſtitutas auſtoritate muniret, studio fuit.*

*Ille (ut ad Etruscos eam: nam & de auſpicijs inſtitutus
fermo eſt) cum urbanam nobilitatem varie per vicina oppi-
da diſſuſam reduceret, cum noua mænia ambitu maiore cir-
cundaret, diſſluentem vetuſtate Florentiam, multò quam eſ-
ſet Auguſtiorē reddidit.*

*Pater ut Floretiam ciuilibus bellis ardentem, & mole
laborantem ſua conſpexit, illato in urbem ſalutari Amne-
ſtia decreto, partium ſtudia & inimicos oppido pugnacis, &
contentioſe ciuitatis animos compescuit: Medicæaque eſ-
ſilia, que Principem diu ea in urbe locū tenuerat, primū Alexander
Mediceus primus dux Florentie
Alexandrum Medicæum, quem filiæ ſuæ Margareta Au- Margareta
ſtria, Heroidis multò lec̄tissimæ nuptijs erat dignatus, quò tot Austria
Italie malis mederetur, Duce cum Imperio prefecit: ac po- Caroli Ceſa
ſtquam ille, indignū, ipſo aut in flore eſſet ſucciſus, Coſmum, Coſmus II.
Latij ingeſtis ornamen‐ Ausonia ut omnis tolleretur A'K O Σ Dux Floren
MI'A Thusciæ KOΣΜΗΤΗΝ appellauit. tie
Caroli Ceſaris Historiæ*

*Quin & ſunt utraque in ætate complura alia Regno,-
rum & Rerum publicarum, perquam auguſta & vere He-
roica A'K O Σ ΜΗΜΑΤΑ, que quisque per ſe, collatis inter ſe
ætatis utriusque historijs, cum volet (velle autem debebunt
boni) conferet. Quod ijs demum multò erit facillimum, qui- Historiæ
bus que illuſtribus ex hispanis, Lodouicus ab Auila, Gon- Caroli Ceſaris*

P H O E N I C I S.

Zalus Perësius, Ioannes Genesius Sepulueda, Paezius Castrus, Christophorus Stella, Ioänes Versosa. Cæsar is in laudē commentantur, videre contigerit: quisque quæ multò clarissima eruditissimæ Familiaë ΠΑΡΑΣΗΜΑΤΑ, fratres Nicolaij: quæ oppidò disertus Malinæus. quæ honorata Belgij insignia, Nedianus, Hortensus Vasæus, de Cæsare producunt, per legere licuerit: & quorum ad aures perueniet, quæ Carnorum decus Robertellus: quæ domus Atestinae délicie, Phaletus: atque Antenorei qui spargitur vnda Timau, Bratus, accinunt: tum quæ Græca è nobilitate meditatur, Sami Despota Marchetus: quæque Atethusæ de fonte Cæsari pro-Historiogra-
phi Caroli pinat Aretius. Videbüt enim in his, quæ in Eginharto, Her-
moldo, Clemente, Herimberto, Æmilio, Platina, Acciaiolo,
Magni rerum à Carolo præclarè gestarum scriptoribus, legerūt: vi-
debüt veram atque omnem iure fortunati Cæsari historiam:
videbunt eadem utrobique pacis & bellorum, eadem Re-
ligionis & honesti studia. Et quid? Anné intra eadem plànè
vterque laudis & virtutum spatia constitit?

I M M O verò & eas, à quæs benè beateque viuendi
A Doctri- præcepta ducuntur disciplinas, perquām benignè vterque
narum stu diis. respexit. Diuus Pater, quod diuinam cæli vim admirare-
tur, in pulcherrimam temporis accretionem, vt erat aman-
tissimus ordinis, vt erat mirè tenax justi, perlubèter intue-
batur: Carolus de anni ratione, & illo superiorum orbium
regno, sapè & multùm prudenter apud sese cogitabat.

Videre erat eo tempore inter illos, qui in domo regnatri-
ce versabantur, minimè obscuram surgentis quasiq; herbes-
centis humanitatis significationem:

Descriptio
Aule Cæ-
sarea Nunc quotquot sunt aulæ proceres, ad vnam eruditæ
laudis pulchritudinem se compararūt. Alij eas artes, quæ ad
res &

res & usus politicos proficiunt, prius quam ad Rempub-
licam accederent, perdidicerunt: alij alias, quae in medijs
caetibus regnant, quae hominum mentibus dominatur, & in
intimos populorum sensus peruidunt, secum in regiam, &
augustum Diui Patris tui Senatum attulerunt: alij ijs dele-
ctati sunt, quae cognitionem maximam cum literis habe-
rent, signis scilicet, statuis, et eruditæ antiquitatis operibus.
Quorundam rursus ars ac Disciplina tanta est, ut vniuer-
sa, quæ ad naturæ perfectionem requiruntur, contineat ac
complectatur: Omnes verò Diui Patris tui ad exem-
plum, Cœli circumvolutiones ac siderum, & arcanum natu-
ræ caput, religiosè reuerenterque dum per etatem licebat,
attigerunt.

Illi insuper? quos Diuus Pater, communicato augusti ve-
leris honore, sibi & pacis & belli socios de legit, optimorum
studiorum Amatores, perquam prolixè sese professi sunt.

Est K O' S M I O S ille Cosmus (in quo refloruit Macenas,
Regis qui genus Etrusci, qui Caesaris almi dextera) qui ex-
ultantibus & Græcia profugis Musis sedem dedit in La-
tio: & erat, qui Latinorum colonias in Gesoriacum litus tra-
ducere conatus est. Iis ille florentes Pisarum campos: istis
hic viridantia Brugarum prata contribuit.

Cosmus II.
Dux Floren-
tie Eques
ordinis au-
rei velleris
Ludovicus
à Flandria,
Prati Dux
minus eq.
ord. au. vell.

Hic fugientia bone & sincerae vetustatis monumenta:

Ille, felici & per beata Lelij Taurelli opera inexhau-
stos ciuilis prudentiae thesauros, Florentinis in pandectis or-
bi restituit. Nouum profecto munificentæ genus, & in-
audita eruditæ Liberalitatis Species.

At quod est Italica immortalium ingeniorum in vbera-
te, familia Medicæa: hoc sunt in Hespanijs, benè bonis literis

P H O E N I C I S.

*Dominus
Didacus à
Mendoza
Sacre calbo
lice regie
M.tis.Oez
conemus*

Mendozza, & unus ante alios doctrina non minus quam stemmate illustris Didacus, ut qui generoso liberalis animi decreto, magna auri vim, & nescio, ante aliquantò maiorem illa, qua Plinij Secundi Commentarios Largus Licinius iam olim licitatus est, in libros & librarios profudit.

Ad hæc, & à sacratis augustiniores fortunæ, Cesareo è Senatu, Pontificibus, celebria duo doctrinarum studijs erecta sunt. Alterum Vesontioni in Burgundis, Mineræ in Campo, seu P E R R N N I PERONOTTOR VM

IN PARNASSO: Alterum Rhætos inter & Vin-

*Otho Thruccius
Cardinalis
Augustinus
Antonius
Peronotus
Cardinalis*

delicos, Dilingæ. Stud liberalibus impensis Othonis Thruccii, Cardinalis Augustani: illud à magna Antonij Peronoti, primi Mechliniæsum Archiepiscopi, & Cardinalis multò Amplissimi erga literas propensione.

*Franciscus
Ximenes
Toletanus
Archiepiscopus
buslidius
Bisontinæ Metropolites, antiquam Grudiorum, Phœbi nūc
Musarum sedem, Louanium, exædificatis Collegijs, &
copius Bison legata in usus literarios pecunia, mirifice exornauit:*

Quid dicam, quòd eos etiam, quibus cum \oplus Diuo Patri \oplus regiae maiestati tuae seu fœdus, seu necessitudo intercessit: quosq; tua tibi planè regia munificentia deuicisti: quibus tuis est in populis negotiū: qui tua hæc in regna veniunt: tua ad regna cōmorātur, sensus ille de tuendis et ornādis studijs attingit? Nā vt quisq; est optimus, ita maximè eruditus Cæsar, & bene docti ac benigni Regis imitatione ducitur.

Sic Rex potentissime, immortalis illa & propè Cælestis etatis aureæ Maiestas, \oplus vetusta ac venusta antiquorum hominum prudentia, ut de media Caroli Magni etate nūc ta ceam, in grauissima omnis disciplinæ veteris inclinatione, nostris

nostris hominibus, & tue Rex etati, regio & tuo & Diui patrii tui, nostri Cæsaris, fauore restituta est.

Carolus, ut quæ sunt utrobique laudanda, inter se exequuntur, scholam Parisiensem & Bononiensem iuuentuti per suos aperuit: Diuus Pater, quod Martis non tam esset soboles, quam Palladis amor, non Academias tantum, sed & inaurata augsti Palatijs atria, atque intimos consiliorum sinus eruditis patefecit.

Suam igitur & Imperio & religioni dignitatem, suum studijs melioribus honorem, in utroque & Patre & Carolo, instaurati utrimque seculi parente, Deus restituit.

AB IIS, QVÆ CONTRA EOS AB ASIA, AFRICAQVE, ET IN EUROPA TENTATA SVNT.

Ab bellis
Et ea quidem tam cumulata bonorum omnium comple-
xio, abunde satis fuisset, ad illam quæ est secundum vir-
tutem optimi Maximique Principis perfectionem, & au-
gustum, quam non ego, sed cœlū & natura instituit APO-
THEOSIM, nisi terrore patre & matre saeva genitus,
Erynni, Fra & erroris pronepos, Bellorum pater, quoq; is
is vocetur nomine, sua quæ habuit tela nocētissima, in utrū-
que vi maxima intorſasset: ni, horrendum, Christiano san-
guine Latinum Imperium Thrax cruentasset.

Solymannus enim, siue quod hoc tantum insuperabilis gloria fastigiū, in quod Patrem, REGVM PATER ET REX DEVS, & cum Deo consentientes orbis populi euexerant, in diminutionem sui acciperet: siue quod Cæsarem ad ingentes triumphos cœlum deposceret, nunc pe- destri exercitu Pannoniam, nunc naualibus copijs maritima quæque funestabat: Et iam tum Muleassēm, antiqui sangu-
Solymannus
IMP. Tunc
carum
Muleasses
Rex Tunca
tensis

PHOENICIS

Ariadenus Barbarossa
 nis Regem, per Legatum Barbarosam regno Tunetensi depulerat, iā euastatis finitimiſ prouinciis, viginti Christianorum millia, ab aris, à focis, in fœdam seruitutem pertraxe-
 rat, & etiamnum Hispaniae, Sardiniaeque & Balearibus
 insulis grauis imminebat. Veditque id Diuus Pater, & vt
 vidit hinc pedestres Christianæ militiae copias, illinc classem
 multò instructissimam, iuratū Christiani nominis in hostem,
 fortiter feliciterque eduxit. Confestim enim, vt Africae lito-
 ra pater attigit, cessit Goleta, cessit Ariadeni acies, & cen-
 tum quinquaginta Numidarum millia. Tunetūque, in quod
 suum Ariadenus receptum habebat, & Regem recepit, &
 apertis ergastulis, captiuos reddidit: In Pannonia vero ad
 tantos exercitus Latini apparatus, Barbarus cohorruit, &
 ruptis in fuga potibus, amissisque quindecim equitum mil-
 libus, summa non Thraciae tantum, sed & Asiae, Aegypti-
 q; in perturbatione, in suos fines trepidus euasit: atque ita,
 vt viui sui numinis studiosis Deus in omnibus assilit, vtro-
 bique a Cæsare stetit victoria. Nec potuit (vt eleganter ab
 illo, quisquis is fuit, dictum est) Catholicæ fidei studiosus
 Imperator non vincere, qui totam victoriae sue fiduciam &
 animum in solo Deo collocarat.

Atqui non tam eo nomine inclyta est hec Cæsaris victo-
 ria, quod Asiae Aegyptoque imperitatem, quam quod illum,
 quem fatalis rerum omnium conuersio offerebat, secundis
 prælijs attriuit.

Nam & suum Caroli Magni ætas Zuleimannum, As-
 siae Tyrannum habuit: et eius maiores Othomanni, sub qui-
 bus, vt auëtor est Iſidorus Pacensis Romano Imperio mul-
 tum decreuit, illa in gente imperabant.

Cum & nunc, Ditis nota signatus Alastor, Othoman-
 ni nomine

ni nomine superbiat: & uterque (Solymannus dico & Zuleimannus) suum in Libya curatorem: ille Alhorem: hic Ariadenum Ænobarbum habuit.

J L L E (de Zuleimanno loquor) *vt est apud Rodericum Toletanum, interficitur: hic, si quod dicitur, ipsi Naturæ, suomet sanguini, strangulato filio Mustapha, vim intulit, quem alium mereatur vitæ exitum, non video.*

*Mustapha
Filius pri-
mogenitus
Solymanns*

1.

C A R O L V S autem, *vt omnia omnibus, paria paribus respondeant, Carthaginensium amicitiam per quam ingenuè liberaliterque coluit, vt eò Christianorum qui in Africa captiui detinebatur, mitior esset seruitus: verùm hoc Carolo Magno maior est Diuus pater, quòd quos ille pecunijs & missis trans mare muneribus redemit: Diuus Pater, armato cum exercitu, & suamet ipsius dextera, liberali planè manu, in libertatem, redditu cum libertate vitæ lucce, afferuit.*

II.
Ab Africa.

2.

Quin in Barbaros quoque Pannoniam depopulantes, omnem tum belli molem Carolus conuertit.

3.

Ut Pater Muleassem, sic Carolus Ibnabalam Maurum, domestica seditione patria pulsū, restituit.

4.

Hoc mirabilius, quòd vt etate Caroli, in Africa Rex Mahometes filios triginta: ita & nunc viginti duos Mahometes Tunetensis, pater Regis Muleassis habuit.

*Mahometes
Rex Tunec-
tensis*

5.

Quot vt illi Hæres fuit Abdalia: ita & huius hereditati Abdila se immiscuit.

Et quod

P H O E N I C I S

6.

Et quod utrobique Abraham & Abdemeleg: ibi inter Reges: hic inter Regis Mahometis liberos conspiciuntur sunt. Usque ad eum miris similitudinibus ipsam rerum universitatem, quocunque te vertas, rerum natura distinxit.

^{III}
Ab Europa *Neque tamen ab illa tantum celi parte, illa mundi plaga, eadem vicissim retro commeant. Nam & in Europa illos ipsos, qui Carolum Magnum bello exercuerunt, aduersum Diuum patrem stetisse conspicio.*

I.

In primis vero grauiter, ea tanta ac tam frequentia Jam Franciscus per eum dignitatisque paternae incrementa Franciscum Galliarum Regem pupugerunt. Siquidem id unum Rex Franciscus per omnem vitam agitabat ut vim principatus Cæsarei, atque illum tot regnorum nexum, quavis arte resolueret. Quin post aliquot annos, quam Eburonum fines euastasset, impotens occupandi Mediolani desiderium, & cum desiderio instructos sex exercitus alijs atque alijs temporibus circutulit. Verum ut nullus in orbe locus Genio vacat, ita nec ab Insulibribus infelix Regis Desiderij Genius absuit. Nam ut iam olim Carolus Magnus Regem Desiderium iusta acie ad Papiam superauit, sic Diuus Pater Regem Frâscum, eo quo ille Desiderium loco, viuum cepit. Illustris me hercule & memorabilis victoria. Ea enim fuit in Rege Francisco animi præstantia, & dignitatis splendor, atque amplitudo Imperij, & tam propensis in se suorum animis bellum gerebat, aegre ut a quoqua, quam qui iniunctus esset, vinci potuerit. Nam cum natura comis esset Franciscus, facilis, benignus, disertus (ut ille verè sua in Campanatione Ferronus) conciliarat sibi omnino

omnium principio regni amorem, quæ res una magnum illi ad res benè gerendas momentum adferebat: Cæsar, & si ea quoque parte præstaret, vt qui clementissimus esset, alijs tamen aliud sub initia regni facere videbatur: Hispanis in Belgas, Belgis in Hispanos (ex æquo licet erga utrosque, vt suo peræquè fidos Principi, afficeretur) visus est propensior. Adeò difficulter diuersarū inter se nationū studia primum conueniunt. Et hoc quidquid eius erat, nō minimum Cæsaris cōsilia prægrauabat. Necesse enim habebat, sua potissimum cura & ingenita animi magnitudine, hoc, cui natus erat, Imperium stabilire, & inimicas Gallorum spes cogitationesq; supergredi. Accedebat tamen illud, quod Cæsari primo prælio & vixdum adulta atate, cum viro, de Iñsubribus & gloria esset decertandum. Braviter in Cæsare viua & expressa Caroli Magni: in Francisco Desiderij sese imago mortalium oculis sistebat. Nam vt eius atatis scriptores Regem Desiderium singulari ab eruditione commendant: ita elegans nec ineloquens erat Rex Franciscus, cum Cæsar rerum fere semper quam verborum esset studiosior: At quanto rerum, quam verborum dignior cognitio est?

Franciscus creber facetijs: Cæsar sententij.

Francicum Philologiæ: Cæsarem Philosophiæ.

Francicum Poësi: Cæsarem Mathesi natum putant.

Maximus planè princeps vterque.

Neque quod à Cæsare prælio superatus sit, non clarissimus Princeps videri debet Rex Franciscus: sed ita potius statuendum, cum sic rationes suas instituisset ille, nihil vt maius facere posse videretur, oppressum fuiste Ingenio, gravitate, prudentia, maiestateque Caroli, & vt Ägyptius ille apud Plutarchum, Augustiore Genij potentia.

P H O E N I C I S.

*Heliōnora
Soror Caro
li Vxor Frā* Dignus sanè Rex Franciscus, quem nouo fædere, & honoris Heliōnora nuptijs ex hoste & captivo, affinem sibi cisei & amicum Regno Cæsar faceret.

*Elisabetha
Franca, Re
gina Hispaniæ tuam* Multò dignissima Francisci neptis Elisabetha, quæ in manum, tuum in thalamum conueniat, queque comam auream suam, aurifero tuo in Tago abluerere mereatnr, Et hæc in Gallijs.

II.

*Ioannes Fridericus
Dux Saxo-nie Elector* In Germania verò, cum nonnulli nimis insolenter à fide maiorum, & augisti nominis maiestate rebellarent, eodem prorsus (ne quidquam vlla in parte deesset, quod ad expri- mendam Caroli Magni tum felicitatem, tum virtutem face- ret) quo Carolus successu, potentissimum bellicosissimæ Saxo-nie Ducem, confederatosque Pater deuicit. Nam vt ille.

*Ligurinus
Poeta de re
bus gestis
Frederic
Cæsarius* Saxonas, indomit animi feritate rebelles, Ignoto fregisse vado, mediumque per annem, Transmississe suas neglecto ponte cohortes

Creditur: ita Patrem, nec oppositus Albis, nec eminen- tioris ripæ crepidines tardabant, quin perrupta qua trecentos in longitudinem passus patebat, aquarum mole, manus cum hoste consereret. Justa profecto iustissimi triumphi ma- teria: & vel ijs quoque de causis iustissima, quod longè for- tißimo Nobilissimoque Germanie Principi plenè parta vi- ëtoria pepercit, quod vndequaque victor, vietorem, ne feroci- ret, vicit animum. Neque enim sat habuit Pater, quod Ma- ximus esset, ni pariter esset & optimus clementissimusque. Quoniam (vt verè Louis Dialis, Paulus Jouius) aliquato maius & Augustius est, Optimi, quam Maximi cognomen bonorum omnium iudicio, meruisse.

Nec parili tantum prælij ratione sed & gesti belli ordi- ne, etatum inter se prælia conueniunt. NAM vt ille Saxon-

niam bipartito cū exercitu, illinc à Meridie, hinc ab Occidente regione ingressus est: SIC Diuus Pater, Italos, Hispanos, Ungaros, Germanos, per Boiariam à Zephyro, Belgas, Friesos, Sicabros, aduerso quidē Rheno, sed secūda fortuna aduersus Saxonē produxit. ILLIS familie Toletanæ Columen ^{Ferdinannum Toletanum} Dux Alba Albanus: His ingēs domus Egmodanæ gloria Buranus prae fuit. HOC Comite: ILLO Duce Diuus Pater vtebatur. ^{Maximiliani nus ab Egmont, Co mes Buræfis}

III.

Et quid, quòd et Diuus Pater & Carolus Magnus intentatas à suis vd Clusum insidias eadem felicitate superauit? Cæsarem enim & Imperium non exercitus, sed sua defendit maiestas, vt cælum terræ Cyclopes misceat, vt sursum deorsum Polypragmone cursitent.

Et hæc de multis. Sunt enim & alia, quæ vtraque ætate acciderunt. Sunt & eiusmodi quedam, quæ et si nunc non acciderint, vulgi tamen opinione & sermone populari non aliter ac si cōtigissent, circumferūtur. Nam quæ tum vel spes, vel metus mortales tenuit, eadem & nunc populorum animos occupauit: vt credam pios iram cælestem vna cum formidine propitiato Numinè auertisse. Enim uero Deus, vt quidam loquitur, agens est multò liberrimum, vel vt Plato, Diuinior quedā Natura, supra necessitates cōstituta. Nec sua quis, vel pietate, vel prudētia: sed suo Deus arbitrio & fatū et fortunā tēperat. Vtile tamen est homini nouisse, quid aut leti cōdicat, aut diri Cælum minetur, vt aut ad impendentia mala obfirmet animum, aut eò quò Cælum inuitat, boni operis perficiundi spe feratur. Et sapit, ac minimē male consulit sibi, quisquis siderū tu iram, tum fauore sana in cōlia, placato Celi & moderatore & arbitro Deo conuertit. Hoc Carolus Magnus, hoc Diuus Pater, expiato sacro

P H O E N I C I S.

ritu animo & decretis supplicationibus ostendit.

Hactenus, quantum sua vterque etate, Ecclesiæ, Imperioque & doctrinarum studijs detulerit: tum quæ cum necessitas, tum tuende religionis ardor bella expresserit: quique utrius ab Asia Africaque & in Europa obiecerint: quæ singulorum fortuna, quis bellorum fuerit exitus: Superest, dicamus, quæ Cæli, seu potius Dei fuerit in utrumque, cum in dandis heredibus, tum in submittendis prælustribus auxilijs benignitas.

Q VÆ CVM IIS ET PRO IIS, A FILIIS
S V M M I S P O N T I F I C I B V S . L E G A T I S , H E -
R O I B V S , A C T A V E L P R O C V R A T A S V N T .

A Filii

Cum per amplum hoc, Benigne lector (tecum enim necessè sit) quo loco de Rege ipso agendum est, Regi in os loqui necessè sit) orbis totius, immo seculorum omnium theatrum, illinc Carolus Magnus, hinc Diuus Cæsar noster, essent ingressi, & filios utriusque augustorum munierum adiutores, ac lata tristis & in amæni senij solatia Fatorum indulgentia tribuit. Et quod tantum non infinite immensi Imperij res difficulter vnius quæcumuis intenso studio retineretur. Heroicarum duarum etatum magnos & præclaros homines inter se vniire, & veluti in unum cogere, visa est, vt diuina ea piarum occupationum dispartitione, sanctissimæ per illistrum animorum inductiones, utriusque etatis in Monarcha confirmarentur,

I.

FLLI (Carolo magno dico) diuino munere datum est, vt Ludouicum filium, & re & nomine Pium, veré gnesium exemplar sui, annis & etate grauis, conspiceret: Datum est & Diuo Cæsari nostro, vt deuectiore iam etate suam ipsius agnosc-

agnosceret in Philippo filio vnico virtutem, & animi non minus sui, quam corporis effigiem: ut perquam apofitè cùm Ecclesiastico dicere possim: MORTVVS EST PATER EIVS, ET QVASI NON EST MORTVVS, SIMILLEM ENIM SIBI RELIQVIT POST SE: IN VITA SVA VIDIT, ET LÆTATVS EST IN ILLO, IN OBITV SVO NON EST CONTRISTATVS, NEC CONFVSVS EST CORAM INIMICIS, QVOD MORIENS, MVNDO DEFFENSORVM DOMVS CONTRA INIMICOS, ET AMICIS RËDDENTEM GRATIAM, VELVTI TESTAMENTO RELIQVIT.

II.

LVDouicum Pater, affecta iam atate, exercitui populoq; commendatum, regnorum suorum nominauit successorem: Philippum se viuo, amplissimarum ditionum Principem, & tot regnorum Regem Cæsar constituit.

III.

VT ille (Ludouicus Pius, inquam) Britanniae minoris motus repressit: ITA non potuit non Rex Philippus (que eius est in omnes pietas) laboranti Britanniae regno non succurrere, cùm ad se Legati venissent, auxilium orantes aduersus vim popularium, à quies Regina virgo propria in ditione circunsedebatur. In eo enim solo, credite, non in vana proferendi fmpérii cupidine. Philippi spes omnis & ratio & cogitatio consistebat.

IV.

LVDouicum Pater (vt auctor Turpinus) Hispanijs imposuit: PHILIPPUS Hispaniarum innatus Imperio, Lusitaniam primum, & auriferi regna Orientis, ac post Britanniam Hyberniamq; & demum Liligeros Somiae, Sequaque

P H O E N I C I S

namque, Ligeris, & Garumnae accolae sancta matrimoniorum necessitudine sibi coniunxit.

Diuo, inquam, *Philippo, Avgvsto, PIO, MAXIMO, MAGNI, PACIFICI AC A' DEO CORONATI, IMPERATORIS CAROLI FILIO*, quo immortalem festæ Pacis, communicati Imperij, & dulci tēperatura com- misti, populi laudem sera à posteritate referret, incomparabiles tres Heroïnas, invictorum trium Regum filias, vera etatis suæ decora, viua sexus sui ornamenta, fesso semel vt daretur mundo requies, Deus despōndit:

Uni, dico, Regi *Philippo* disūntos mari montibusque populos, ac dissidentia regna vnire, vni in euum duratura fædera sancire licuit.

Felix, per quem belli studijs, dudum divulsa, æternū coniungitur Hesperia: per quem fraternus iterum Germanos inter & Gallos redit amor: per quem Belgæ, Celtæque & Aquitani, eandem legum in naturam, edulcato per amorem omnis belli amarore denuo conueniunt.

Felix, cuius beato vertici, nunc Lusitani violas, nunc pu- nicanteis cāandidis miseras rosas Britanni, nūc raptas, cum sa- cro cælestis ampullæ liquore, Cælo lilia, Galli superaffundūt.

At idem planè (quod te lector amice delebet) augustis his in nuptijs, qui veterum in coronamentis, florum ordo est. Nam & hic, ut & apud Pliniū, violis succedit Rosa, et illi interuenit Liliū, pari propemodū ratione, qua in peruetusto Siciliae marmore, Nisa rosas, Glauce violas, dat lilia Nais.

Et hucusque quām decenter & Carolus Magnus, & Diuus Cæsar noster, in conciliandis orbis populis, temperan- disque regnorum rebus, filiorum cum clemente & bene for- tunata prudentia, tum casta religione vñsi sunt.

Nunt

Nunc ad te iterum, Rex inuictissime, Sacrosque ad Pō-
tifices, qui Deo Optimo Maximo, communicata cum Di-
uo patre & Carolo Magno sanctarum occupationum opera,
vsum de se in Ecclesia præbuerant, iterum reuertor.

II.
A Summis
Pōficiis

I.

ILLI (Carolo Magno, inquam) Hadrianus Ecclesiæ Chri-
stiane Pontifex, sincera pietate rebus in omnibus adhæsit: Hadrianus
Sextus Pon-
tifex

DIVO Patri item Hadrianus Pontifex Maximus,
Magnum tum Germaniæ, tum Ultratraiecti ornamentum,
optimorum consiliorum atque factorum & testis & adiu-
tor fuit: ac immortali ad hæc auctario, regnorum Hispaniæ
dignitatem pro suo in diuum Patrem eiusque heredcs studio
addita Regibus perpetua nobilissimorum trium ordinum
Præfectura, & summo sacra militiæ Magistratu, per quam
paterna, ut Moringus asserit, adauxit. Videbat enim Ha-
drianus, vir multò sanctissimus, plurimum referre, quibus
Gruces, Regni robur & confessionis Christianæ symbola,
commendes: videbat è re Regni & Religionis fore, si cum
de Præfecturis disceptatur, cum procerum regni delectus ha-
bendus est, Rex, qui septus corona bonorum, difficulter
ad gratiam inflectitur, quem non clientelæ, non vehemens
vlla partium prænsatio. NON SPES, NON METVS
à sententia dimoueat, ipsus, prout maiores cuiusque, proin
ut sua quisque virtute meruisse, iudicium faceret. Nam cum
ijs opus sit, sine quorum prudentia ac diligentia, virtute
ac consiliij felicitate regnum esse non potest, quis rectius om-
nium id faciat, quam qui singulorum Fidem, Familiam, In-
geniū, Mores (quod Regum planè munus est) notauit.

II.

Illi (ut, que sunt reliqua utraq; in etate summorum Pōti-
ficum

PHOENICIS

ficum parallelæ, enumerem) cum primis carus Romanus Pontifex Leo: DIVO Patri quoque amicissimus, magnanimus ille ac Benignus Leo Mediceus. Et eadem, quæ eius ^{Leo decimus} Pontifex etatis Leoni, nostro quoque exercendarum virtutum materia se obtulit. Nā in huius æquè ac illius caput homines nefarij coniurârant.

III.

^{Paulus Far-}
^{nesius Pons-}
^{tifex} Paulus Farnesius item, qui totos quindecim per annos summa cum Prudentia Ecclesiæ sacrâ præsedid, suum qui si comparetur æqualem Pontificem Paulum Caroli Magni ætate habuit. Patriæ certè Romanus erat uterque. Et ut ille basilicas vetustate collapsas restituit: ITA Paulus Farnesius urbem eternam ædificijs augustorem reddidit.

IV.

^{Marcellus}
^{Cervinus}
^{Pontifex} In Marcello verò Pontificem Valentinum, plium, Clemētem, liberalem, fata terris tantum, ita nostris exigentibus peccatis offendierunt. ILL E quadragesimo: HIC vicefimo secundo Pontificatus sui die, vitam cum morte, immo mortalem cum immortali commutauit.

Et his omnibus, Pontificibus dico, idem prorsus animus atque eadem voluntas in Patrem, quæ illis in Carolum fuit.

^{III.}
^{A Legatis} Videre est insuper eosdem etatis utriusque legatos, Verū ne Cæsarea in apotheosi aliena studiosè nimium consecter, intra duo Britanniae Parallelæ me continebo.

Clarissimus fuit ea ætate in Britannis, magna eruditio-
nis vir. Albinus Eboracensis, quem quod summa cum pru-
dentia grauem apud se legationem obiuiisset, impensè Caro-
lus dilexit.

^{Reginaldus}
^{Polus Car-}
^{dinalis Bri-}
^{tannus} Erat & diuo Patri percarus Reginaldus Polus Ebora-
censis, Cardinalis Britannus, quem vulgus à gentilitio fami-
lia sym-

liæ symbolo, ab Albarosa, cuius nunc color à multo magnorum virorum sanguine totus pæne in purpuram abiit, appellabat.

ALBINVS res Britannicas studiosè apud Carolum curauit. REGINALDV S, vt summo in discrimine Britannæ subveniret. & Romam reliquit, & niuosis superatis Alpibus, cum honore legationis, ad Diuum Patrem in Belgium descendit, atque inde Celticam, & demùm Britanniam, Deo & spe bona plenus, adjit.

Et hic est ille Polus, quem atavi longo ordine Reges, quem Mundi regia, & rerum domina Roma, quem sacer purpatorum patrum Senatus, omnem in æternitatem commendabit: quem Bembus, Sadoletus, Flaminiusque (ne quid de Christoplo. oro Longolio nunc dicam) vocali benesonore facundia tuba personabunt. Ego hoc vnum de meo, nullius adduetus odio, adjiciam: tum demum feliciter nauigatuos Britannos, cùm consensa Ecclesiae naue præatoria, suum rectâ ad Polum, veluti ad Helicen & clarissimos Septentriones seu Cynosuram potius, inuersa velificatione, cursum tenebunt. Iis siquidem solis vasto hoc opinionum in Oceano, vbi tot simul res exitium minantur, omnis planè naufragij licet esse securis, quos Arca Nohæ, quos Ecclesiae & piorum Heroum Argos illa (in qua quæ malo crux est, Christi Crux, malus est) in altum subvexerit. Et tatum de Cælo dignissimo Polo.

Quin, vt à Polo digressus, lucidū aliud sidus in Britannis commonstrem: VIXIT ætate Caroli Magni, nobilium literarum fama pernobilis, Clemens Britannus: ET nunc quoque magno, elegantem ob eruditionem, vitamque laudabilem, & in omnibus disciplinis miram præstantiam, apud eruditos fuit in honore Clemens britannus, cùm illum

E cum e-

Ioannes Cle
mens Britan
nus Vir
Grecè &
Latine do
ctissimus

P H O E N I C I S.

ruditate coniuge atque eruditissima filia Unnefeda, Britanicae tempestatis ardor, in litus hoc nostrum eiecisset.

Vides, Rex præstantissime, ut Diuo Patri tuo, & in Patre Carolo Magno peculiariter bene & voluerit, & fecerit seu natura, seu Naturæ parens Deus.

III.
Ab Heroi-
bus

At nē vlla in parte vel Cælum, vel Cæli architectus &
moderator Deus euariet, politici quoque Heroës, quos im-
mortale nominis parandi decus succedit, in eadem pæne glo-
riæ & virtutis studia vtraque etate exarserunt.

I.

Georgius
Schene.
Liber Baro
in Tauris
burg, Eques
ann. velleris

T V N C Egbertus egregiè fortis & bonus Imperator ad
immensos Tenchtherorum lacus, Regia cum legione consiste-
bat: N V N C Georgius, è vetusta Tautemburgiorum domo
(illa, quam Vari fū) cæsarum legionum superstrue gentilitia
nobilitas extruxit) ijsdem in locis, ad Cōstantis prudētis que
et magnanimi Ducas decus, Diui Caroli auspicijs processit.

II.

Adolphus
Veriensis
Thalassiar-
chus

Ac Adolphus Veriensis, quem Belgoger manicus noster
Oceanus, etate hac nostra Thalassiarichū habuit, cui tum por-
tuum, tum classis Imperium Cæsar cōcredidit & nomine &
rei naualis vsu refert Chaucorum Principem Audulfum,
qui Magnum sui de se usum magno Imperatori Carolo in ma-
ritimis præbebat.

III.

Iustinianus
Venetus

Supero verò in mari tunc opibus & auctoritate floruit
(quem veteris Romæ æmula, Venetoru Republica in Du-
cem legerat) Iustinianus. F V I T & nunc in sinu adriatico
illustri fama Iustinianus, quem quod se rebus in arduis forti-
ter atque amanter gesserat, Istris, cum antea regendis Dal-
matis

matis lectus fuisse, Senatus Venetus præposuit.

III.

Et illis æquè atque his temporibus, Donatus, Veneto in Imperio, Dux magnus atque excelsus habebatur.

V.

T V N C , vt ad Siciliam Corsicamque progrediar , cùm loca maritima magnam cladem à Mauris acceperint . Corsicae pœfctus Bonifacius in Africam classem traciebat , factaque Uticam inter & Carthaginem descensione innumeram Barbarorum piratarum multitudinem delevit . N V N C cùm Punico piratarum classis ad Italiae insulas , et vicina litora esset appulsa , Joannes Vega ex Hispanica nobilitate illustris , qui ^{ga Hispan-} _{nus Prorex Siciliae.} magna cum laude Siciliam regebat , ad eam non repellendam tantum , sed & conterendam , curam omnem suam , vt pius & fortis fortissimi pientissimique Imperatoris Caroli Ducem decebat , adhibuit . Nec virtuti successus defuit , Aphrodismum enim cepit , & lato Cesarei nominis procursu , victoria signa in Atlante deposita . Quam ipsam ob rem , Stellam illi Cælum dedit , vt hoc esset eius virtus bonis omnibus te- ^{Ioannes Christophe-} _{russ Stella,} ^{Ferdinandus} _{ancor histo-} ^{Gondisal-} _{rus, Prorex} ^{Neapolita-} _{nus} statior . Et quis neget , Cælum curare res mortalium ? ^{Aphrodicio}

VI.

I N Hispanijs multus tum fuit sermo de Ferdinando Gōdisaluo , excellentem eius ob virtutem , & summam Rei mi- litaris scientiam : ERA T E nunc , quem saluum Reges cū- perent , quem omnium bonorum sententia magnum dice- ret , quem tum Hannibal , tum Scipionum patria reue- reretur , Goncaluus Ferdinandus Corduba : ille quem Men- dozus , Hispanici exercitus Imperator , Granatae sub mœnibus erudiuit .

P H O E N I C I S.

VII.

CLARVS erat & id temporis in Arragonia Garcias quod Mauros à Pyreneorum montium iugis, & locis propinquis depulisset: SACROsancta & nunc est Garciae Toletani, Libycis arenis insepulti memoria. HIC cum Scipione Africano foris & procul à patria & in solo alieno:

ILLE cum hoste proprios intra terminos recepto contendebat.

Fortis planè Dux uterque, sed hoc ille fortunatior, quod ipsi viuo, suo de Mauris Triumpho interesse licuit. HIC rursum à morte multò quam ille felicior, quod eius manibus Albanus filius, tum ad Albim, tum ad Albam, pro fove cum Saturno depugnans, inusitata virtute & ingentibus ausis parentauit.

VIII.

Hugo Moncada, Vir illa Infris Hispanus illud verò mireris, quod quæ quondam in Hugone & Moncada, nobilibus belli Ducibus fuit virtus, nunc in Hugonem Moncadam, Ducem strenuum ac diligentem, et praesentis consilij virum, admirabili fatorum concursu coaluit.

IX.

Et, hoc magis, quod qui exteri cum essent, sua virtute in Hispanijs inclauerunt: nunc quoque gētiles veluti suos iisdem in regionibus sortiti sunt.

TVNC Cathelon Germanus montes Pyrenæos cum exercitu transcedit: NVC Fōtem rapidum, insigne & mutantum Cantabriae oppidum, Aurengia Princeps, Philibertus Chalonius, Germanici & ipse Princeps Imperij, Cesari restituit. Et hic est ille Philibertus, qui simul ac in Latio quā spectatissimè effloruisset. Etrusco afflatus fulmine, Florentiae in campis emarcuit.

QVIN

x.

QVIN vt nunc Renatus Aurengius, Princeps verè aureus. Diuo Patri: ITA tum Aureolus, regiae ditionis LImitanarcha (illum verè in hoc nostro dicas renatum) incre-
dibile sui desiderium Regi suo Carolo reliquit.

Renatus
Chalonius,
Princeps
Aurengie
Eq. ord. aur
vell.

Vivit tamen Renatus. Illa enim, illa vita est, quæ viget
memoria seculorum omnium, quam posteritas alit, quam ip-
sa Æternitas semper intuetur. Sed quid? Anné armigeræ Io-
uis, armigeros, dia fulmina belli, belli fulmina corripunt?

xi.

ERAT id temporis Hispanorum iudicio præstantis ani-
mi atque incliti nominis bellator Gulielmus Ceruera qui il-
luc è Germania venerat: FVIT & nūc ingenio magno, at-
que animo leni, et pacificatorijs artibus apprimé instructo,
Guilhelmus à Ceuria (quem Iouius nomine nō vero Carolus
appellat) ex Croiorum familia Marchio, Mirum, quanta il-
le cum felicitate, & quam frequenter, vel medijs in moti-
bus, vt vtrime ab armis discederetur, impetrauerit.

Marchio
Ceurie,
Cesaris
nutricius
Eq. ord. aur
vell.

AT NON INTELLIGVNT HOMINES, NISI
CVM BELLO PREMVNTVR, QVA M NVNQVAM
NON SIT SPECIOSA, VEL IN SPECIEM INIQVA,
PACIFICATIO.

xii.

Nunc quantus citeriore hoc Belgij in Imperio, fuerit
grandæus ille Nestor, & dexter oculus Augusti, Ludoui-
cus à Flandria, dicam. Illum nos primo loco, inter augustæ
domus Heroes, magno prudētis Eloquētie, et auitæ nobilita-
tis, magno exacti iudicij ac spectatæ fidei merito cōspeximus.

Ludouicus
à Flandria
Prati Do-
minus, E-
ques ord.
aur. vell.

Et an non pulcre Deus Lyderici Genium, qui primas tu
in Flandris obtinebat, mirifica varie radiosi luminis traie-

PHOENICIS

etione adauxit?

Hactenus Rex Clementissime, illustres & perbeatas Heroum umbras, monochromate, nigra seu linea, nullo quæsito colore, adumbrati. Superest eorum, qui glorioſo etiamnum in labore, & in luce Reipublicæ versantur, eminentias delineem (Lumen enim & splendorem graphicis hominibus relinquo) Sunt autem innumeri quos & fides & amor in Principem suus, & spectatae virtutis gloria commendat: nec vetus illud inclita laudis & famæ studium, quo generofissimi olim Principes præclaras res bello gesserunt, apud cui nostri homines vigere desijt. Sed de his alibi significantius.

XIII.

*Andreas
Aurita
Princeps
Melpitatis
nus, Thalas
starchus. Eq
ord. aur. vel.*

VIXIT & viguit Carolo Imperatore, Neptuni proles Abdemarus Januensis, Ligurum Nauarchus: NUNC geninus Thetidis partus, & Nymphae pater Doria.ILLE luculentam patriæ, nec suo quidem sine sanguine, de Sarracenis peperit victoriam: HIC Piratarum Regem, & atrocem truculenti Thracis Legatum Barbarossam, hic Hadinū, hic Salecum, Sinam, Tabachem, Dorgutemque, Barbarici exercitus, & Punicorum prædonum Duces, totos triginta per annos insuperabili felicitate terruit.

XIV.

*Vigilius Zue
chenus. Iua
risc. primus
Preses
Eques aura
ius*

FUIT & tum Vigilius ob magnam rerum magnarum cognitionem perillustris: TANTO tamen Vigilio minor quod ille non in eruditorum tantum oculis & luce magnus est, sed & quod magni est pars prima consilij, quod d' honestarum legum tabulis, & regni rebus peruigil inuigilat.

Ingentes planè viri, & ut Velleius loquitur, omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturi caliginem

caliginem.

At, ut sint natura sua locupletes, ut sint per se honorati, vt eos ex aureo illo magnorū hominum genere, mundi cura Deus, ad populorum incolumitatem produxerit non hoc minus tamen eos, Cœsarei spiritus maiestas, in qua magnorū & virtus & anima Ducum est, circumfluxit: ea omnino ratione, qua Sol, qui magni imago Dei est, Lunam & reliqua sidera gratissimo lumine collustrat. Illa siquidem, vt & in terris Heroës, lumen à Sole acceptum, instar speculi rursum diffundunt: suntque in ijs alia alijs clariora, lucidiora, vt inter Heroës alijs alijs magis sunt illustres. Terra verò & fæx populi Solis radijs perfusa, clarescit quidē, attame nō relucet.

Et tantum de magnorum hominum, diuersis ab ætatis bus confensione.

QVÆ FVERIT DE CAROLO MAGNO ET MAXIMO TOTO ORBE OPINIO.

*P*ostquam, Rex Inuictissime, quæ Carolus Magnus & quæ Diuus Pater per totum quaqua versus orbem circunlilit tropea, & eorum, quos, vt suam humanis vſibus virtutem immisceret, ætas vtraq; produxit, illustria facta (quatum quidē parallelorū natura patitur) recensui: reliquæ est, vt de circuſflua loci vniuersitatisq; fortuna, & agnato populis temporibusque affectu (Sic enim Consecrationis augustæ splendor magis elucescat) dispiçiamus. Restat ea, quæ tēpore vtroque confederatis, socijs amicis, cognatis, viciniisque & remotis populis, Cæli ambientis vis aspersit.

1.

Perse in primis (vt à gente nostris hominibus amica initium faciam) illa æquè vt nostra ætate. Græcis formidini, & Latinis

I.
A Persis

P H O E N I C I S

Et Latinis erant ornamento. TVNC Persarum Rex Aaro,
 suos vsq; è Perside, ad Carolū Magnum: NVNC Siach Ta-
 hamas (Sofin nostri appellat) exigēdæ amicitiae studio, ad Di-
 uū Patrē misit legatos. Virtus enim, & quæ virtutē sequi-
 tur fortuna, mirabiles sui amores vel inter ignotos excitat.

II.

Ab Afriis

Numidia vero, atque Africa tota prout Regis cuiusque
 animum, aut spes & metus aut auersi à Carthagine Dij di-
 uerterunt, nunc sese ad Europam, nunc ad Asiam nutans ti-
 tubansque, & loco quasi stare nesciens, deflexit: ut ægrè a-
 lioqui, quos fata per vrgent, per omnes labantis regni diffi-
 cultates eluctantur.

Numerosa siquidem Mahometis, Regis Tunetensis so-
 boles. Africæ illam suam regionem suamet ipsorum incuna-
 bula, illatis ab Europa, Asiaque, & Ægypto funeralibus, ipsa
 succedit, & subrata sede patria Tuneto auitā tum urbem,
 tum regnum tantum non euertit. Usque adeò est impatiens
 consortis animi male sani impotentia. Et hæc quidem Libyæ,
 non uno nomine sauciæ, tristissima facies, & suos Phœnicis
 in imagine vultus, mæsta aspicit. ETENIM vt Carolus Ma-
 gnus, Jbnabalam Maurum, domestica seditione patria pul-
 sum, vt dictū est, restituit: ITA Diuus Pater, reddidit Tune-
 tanum non solum regnū Muleassi, quem nunc fratri Ros-
 setis sub persona Ænobarbus, nūc in patrē impius Amidas,
 regno exuerant: sed & Regi Tremisseno, sceptro & fortu-
 nis omnibus nudato, deuicta prælio Mauritania, diadema
 reposuit: ac Hippōnem nouum, Hippōnem regium, Aphrodi-
 sium item Libyæ nobilissimum Emporium, Sussam, Mona-
 sterium, ac Clupeam, maritimasque eius tractus ciuitates.
 CHRISTI vexillis, cuius in virtute vicerat, parere coëgit,
 seu, vt

ſeu, vt verius dicam, vt ſalutaribus CHRISTI ſub signis
innata ſua de Barbarie triumpharent, inuitauit.

III.

Lusitani autem, à quibus ſacratissima maiestas veftrage-
nus maternum repetit, longum ab Afriſ Numidiſque pro-
uecti, ad Nili fontes & Rubrum aduſque mare progreſſi
ſunt: et hinc Gangi, illinc Euphrati, Deo, vt par eſt credere,
auctore, & ipſo inuitante Cælo, magna ſe tum nominis, tum
fama gloria inſeruerunt. O Reges! dignos omnium fauore,
dignos Antipodum, & aduersi quaqua patet orbis Imperio.

Quin tu igitur Refendi (Patere hec Rex Iuueniſſime,
immensa rerum Iudicarum gloria ſuccenſum, paucis me eru-
ditiffimos, vicinæ tibi, immo affinis & cognatæ, Lusitanæ
viroſ compellare) quin inquam, Angele Refendi, quæ bene-
fortunata & magno ſuo merito felix, Barbarorū eruditrix
Lusitania, quæ Duces Iudici, quæ ciues tui bella confecerūt,
per quæ Nilus Gangesque per quæ Rubrum mare ſanguine
tinctum eſt, eruditè quod potes, quod casti pater eloquij
Bembus, quod tua teſtantur monumenta recenſes: Ingrede-
re, quem ſuo Deus indicio commonitrauit, quiq; à Ponti-
ficia orbis Antarcticī partitione vobis obtigit, Indiarum O-
rientem, et tuus tibi, immo noſter aderit Achilles, Cœlius q;, &
& Christiana ac ciuili nobilitate bis nobilis, Osorius, Ade-
rit utroque cum Barro, belli Ambaici ſcriptor, Damianus.

Occidentem porrò Mexicumque, & auri diuites Anti-
podum tot iſulas, quas Cœſaris ter maximi virtus aperuit,
quas fauſta felicique velificatione monſtrorum domitrix Hi-
ſpania reclusit, tui Rex clementiſſime, orbis totius celeberrimi
ſcriptores (præclara quorum nomina paulo antè retuli)
aut vndeante ſolutæ vocis eloquio, aut immortali Muſarum

P H O E N I C I S.

cantu illustrabunt.

III.

Ab Aethi
opibus

Verum ad Aethiopiam quod attinet (ne ab ijs que mihi circumposui parallelorum septis longius digrediar) illa pellicido veluti Imperij Carolae in speculo, suam quoq; antipristas in reperient.

Nam, ut priscorum Saxonum perhibent historie, Caroli Magni etate, nostrae religionis homines ad Aethiopias, Romanæ quo vix unquam deuolârunt Aquilæ, progressi sunt.

Et hec de ijs, que Europæ populis in Asia, Africaque in Persis, Aethiopibusque, & extra Asiam, Africanaque & Europam, in novo atque altero, obuerso atque aduerso nobis Orbe, feliciter euenerunt.

V.
Ab Euro-
pis

Nunc quid Europæis ipsis in Europa acciderit, & quæ fuerit earum gentium, illinc de Carolo Magno, hinc de Diuo Patre, Cæsare sanctissimo, sententia.

Rome

I.

Orbis certe domina, & Europæ caput, æternique sedes Imperij, Roma, utraque etate, in scis & in uitis Cæsaribus, hostilia passa est. Tatu enim abest ut DIVVS PATER Barbaro militi, urbium urbem diripiendam dederit, ut etiam Clementem, & in Clemente Deum, cuius illo summo sacerdotio militante in Ecclesia fungebatur, ut Iaddum Alexander, veneratus sit.

Et eum quidem Cæsaris tum in Deum, tum in Ecclesiam affectum, pacis Pater, belli victricus, & artium nutricius, Pontifex Farnesius, cum sacro purpuratorum patrum confessu testatus est, cum eum augustum, à Deo coronatum, Magnum ac pacificum Romanorum Imperatorem salutaret.

*Mirum, iisdem enim verbis religionis vindicem, &
Christia-*

*Christianismi propagatorem Carolum, cuius tum virtus, tū fama cum Diuo Patre tuo, Rex serenissime, reuiruit, & Roma, & Apostolicus Senatus, cùm Romam Carolus venis-
set, prosecutus est.*

Venetie

*Et priscae adhac Romæ Analogon, Martij Leonis in a-
driaticis Imperium, tantum vnius Cæsar is bonitati, atque
in humano genere iuuando voluntati, vnanimi Senatus de-
creto tribuēdum cœsuar, vt sese fædere cum uno Cæsare quam
amantissimè coniungeret, vt reliquos Reges, qui Venetam
ciuitatem sociam sibi facere maiorem in modum cupiebant
(Sic enim de ciuibus suis loquitur Bembus) repudiaret.*

*Egerunt & Veneti cum Carolo, nequid sit vsquam otio-
sum, de tuëda aduersus Græcos Dalmatia ac Hadriatici ma-
ris possessione: nunc tamen, vt verum fatear, ea Respublica,
Augusti multò quam tum esset reuerentior, virtutum admi-
ratione effecta est.*

III.

Iazyges

*Jazygum verò & Transyluaniae Dynasta Diuo Ferdi-
nando vt tum Hunorum Dux & Imperator Carolo Ma-
gno sese submisit.*

IV.

Pannonia

*Quos item ad Istrum & Cymbrica in Chersoneso Augu-
starum sororum, Mariae & Isabellæ, hinc fusi, illinc fugati
coniugis, Ludouici dico & Christierni, casus (lætis enim tri-
stia, & secundis aduersa interponimus) actas hæc nostra non
sine lacrymis aspexit: eos & vidit ætate sua Carolus. NAM
vt innocuus Pannoniae Rex Ludouicus, quem Diua Ma-
ria Regiæ maiestatis tuae amita, maritum habuit, se, vitam
suam, & sanguinem, cùm vel deserendum Pannonie regnum*

F 2 vel asse-

P H O E N I C I S.

vel afferendum manu videret, Christiana pietate ad Mogaium profudit: Ita infelix eius aetatis Princeps Zuatopolinus, eo loci, ubi nunc est ditio Septem castrensis, concidit.

v.

Dania:

D A N V S verò, ut nunc Diui patris : ita tum Ludouici Pij fidem, rerum omnium egenus, implorauit. Bis ille reditum in Daniam, transmisis Albiti copijs frustra tentauit: Et ter infelix Christiernus, præsidij demersa classe nudatus, in hostium manus venit.

VI.

Saxonia

T V N C Meliodochus, qui Saxonibus ad Albitum imperabat, cruenta è pugna sauciis: N V N C Mauricius, ex glaude tormetaria cruentus, ac exitij certus, in castra relatus est.

VII

Ad Visurgim verò vtraque etate complures periēre, cùm alter vtrobique Ducum. spretis auxilijs, et iniquo pugnæ loco, hostiles copias adoriretur.

VIII.

Britannia

In Britannia quoque eandem rerum faciem, vultum eundem, æquè hiulca vulnera, & easdem propè videoas vtrinque cicatrices. Ut tum ad necem Eduini Regis, etiam tum adolescentis, percussor venenata cum sica submissus est:

N V D A Calydonio sic viscera præbuit vrso, Eduardus, puer indignus (ut tua in Philippeide Junius ait) quem pallida tabes lancinget.

IX.

T V N C ferus & acer, & quem lupo natum putasse, Princeps Nordanhimbræ: nunc notus feritate Lycaon, Northumbrij sub nomine inter homines apparuit.

*Eadem violentia vultus, ijdem oculi, & vterque vicina
in gente*

in gente Tuedum sanguine respersit: verum hoc erat iste immanior, quod & in sacrum Virginis augustae caput dentes exacuit.

x.

Quin & Bohemia suos vtraque etate motus experta est ^{Bohemia} ILLIQUE, ut tum Caroli filius: ita nunc Augusti & gener & filius, Maximus Æmilianus imperat.

xi.

Apud Sarmatas demum, & extremo in Septentrione ^{Sarmatis} sanctum & invictum tum Patris, tum Caroli Magni, nomen fuit.

A Borystene namque equestrium copiarum Praefecti, et in his vir fortis & acris Hieronymus, Comes a Lasco, in Germaniam venerunt, qui docerent, quatuor se equitum millia cōficerere posse, seque paratos esse, cum ijs in quascūque partes Pater iuberet, militatum venire: ut vere Malinai verbis dicat Aula: A Schythis usque & Afri virtute Cæsaris allectos ad eius Imperium conuenisse.

Hoc pacto Rex serenissime, ipsa lucentis aetheris natura, & felix illa, quæcunque ea demum sit, necessitudo, non solū quid facere, sed & quid de Regum Rege Cæsare, sentire de beat mortalium genus, arbitratu dispensat suo.

Sic vis illa, ac maiestas cælitus producta, ex aquabili consensu & congruentibus spiritibus in unum coiit.

Ita Nilus & Euphrates, Hadriaque ac fretum Gaditanum, ita cum Ticino Tagus, cum Thamasi Tuedus, sic Albis cum Visurgi, ac Sauo Danubioque quasi quedam terris sit diuinitas, & aliquis annibus sit Genius, hinc ad Diui Patris & Austriadum, illinc ad Caroli Magni laudem in inexhausta veluti virtutum maria, redundant.

PHOENICIS
COMPARATIO CAROLI MAGNI ET
MAXIMI, A SIGNIS PHYSIOGNOMICIS,
HABITUDINE, ET CONTEMPE-
RATIONE CORPORVM

Demum, ut post pacis artes & Belli studia, ac quæ Deus tum Diuo Patri, tum Carolo Magno ab alto submisit auxilia, quasque toti quaqua patet orbi indidit opiniones, ipsaque utriusque corpora, ipsa perillustrium animorum domicilia per quam reuerenter attingam: quis, si ut est apud Ciceronem, in Lucullo, admirationi fuit, geminos Seruios tam concordi figura fuisse repertos, ut foris, aut ab alienis non cognosceretur, cum eodem essent nati sanguine, eodem vetero geniti, cum nutrimetis plane iisdem essent educiti, multò iustiore ratione tecum non admiretur, potentissimos duos, & diuersarum quidem etatum Monarchas, non vita solùm vsu, virtutisque studij, que sedula quis imitatione videatur posse effingere, sed tota plane natura, tota inquam natura, & ipso quinciam mortis & morborum genere inter se congruere? Ne, ut quis sibi fortunam, ut mores fingere possit, ut huius aut illius gentis studia & fauores certis artibus emereatur: qui faciet, ne corporis habitu & contemperatione, ne lineamentis, ne oris venusti maiestate, ne morbis, ne ipsa demum mortis qualitate à quo differat?

I.

IN Carolo Magno, ut pulcrè Acciaiolus, eximia oris & forma & pulcritudo, & cum illa regius quidam decor augusta maiestate perfusus erituit. Et Divi Patris tui Rex serenissime vultum ab argenteo & grato quodā pallore blan-

da con-

*da constanteque lenitate dilucidum, in gestu planè regio, cum
fouio, confeximus.*

II.

E T vt illi (Carolo dico) oculi erant prominentiores, splé-
didioresque & grandiusculi, purum humidumque intuen-
tes, quales sunt ijs, quibus de iustitia benevolentiaque cum
optimis instituta contentio est: SIC & in Diuo Patre ocu-
los ceruleos, splendescentes, decenterque magnos, & nulla
acris seueritate formidabiles, ad ipsum optimæ naturæ, &
animi magni indicium compositos, reuerbamur.

Et ea quidem ipsa consentientis inter se vultus consigni-
ficatio, cum ab animi sede proficiscatur, vel in maximis po-
nenda est. Nam sicut cor mundi Sol suo circuitu lumen, &
per id virtutes suas ad inferiora demittit: sic corporis nostri
cor, vt eleganter Ficinus, Platonicus ille, motu quodam per-
petuo & proximum sibi sanguinem agitat, & eò spiritus,
et si in totū corpus, maxime tamen in oculos, diffundit. Ad
altissimas quippe corporis partes, cum sit leuissimus, euolat:
eiusq; lumen per oculos, quod ipsi perspicui sint, atq; omnium
partium nitidissimi, vberius emicat.

Et hæ sunt illæ animorū Virtutuq; fenestrae per quas sem-
per foras spectabat aliquid, tum Caroli Magni, tum Diui
patris tui liberalitas, semper clementia veluti ex alto prossi-
ciebat, semper fortitudo explorabat, in quo vires exercere
suas posset.

III.

TRADVNT, qui diligentius Caroli Magni figuram de-
scribunt, fuisse illum naso paulò eminentiore: Et Cæsari, quod
magnitudinis animi signū in Persarū etiam Regibus ab anti-
quis fuit obseruatū, nasis à medio clementer aſurgebat.

CARO-

P H O E N I C I S

III.

C A R O L V S promissam gerebat barbā. C A E S A R , quod grauitatis speciem addebat , subscripta & flauenti barba , conuestitum capillum verò fulgore pallentis auri , more Romanorum Cæsarum , circuntonsum ostendebat .

v.

I L L E lato pectore , latis humeris : C A E S A R I & statura & valetudo non ab inertisucco , sed à valido neruoru nexu erat longè firmissima : per ampli item , robustaque manus , ad stringendum ferrum idoneæ , & quibus tam promptus esset , quam erat ille longè expeditissimus , & ad omnia dexter animus .

VI.

Q YIN vt Carolo dignitas , tam stanti , quam sedenti plurima inerat : I T A & Diuus Pater , summam in incessu motuq ; corporis auctoritatem præ se ferebat , quod tum maximè apparebat , cùm equo veheretur . Tanta enim (vt decenter in Coronatione Bononiensi Paulus Iouius) fuit in Diuo Patre , cù dignitate equitandi peritia , vt nullus eo armato , atque equum incitante , & in gyrum reflectente , vel pulcior , vel viuidior , vel inferendo armorum pondere patientior eques reperiri posse videretur .

Verùm quā non immani & Giganteo corpore , quod multis persuasum video , fuerit Carolus Magnus , brachij seu cubiti os illud , quod Aquigrani in sacrario asservatur satis demonstrat . Nam siue radius illud dicas fuisse , & cubiti os superius , siue vlnam , quam cubiti inferioris seu canna seu arundo constituit , nunquam à symmetrico membrorum omnium inter se commensu , rara seu magnitudinis seu proceritatis corpus efficias . Quam ad rem facit & Eginhartus , qui statu ram illi

ram illi dat eminentem, quæ tamen iustum non excedat: ut verè dicere licet, Magni illi nomen non à natura, sed vt Alessandro, post magna gesta, vel vti Pompeio, post magnos triumphos obuenisse. Sic, vti disertè vir eruditissimus Rober-tellus quòd impiger erat, acer, & industrius Diuus Pater, quòd incessus, motusque corporis, atque actio omnis, & status tum Naturæ, tum rebus maximis cōgruere visus est, quòd in consultando & decernendo prudens, in exequendo fortis & constans apparuit, quòd prætermis quibus animus liquefit voluptatibus, labore quo animus corpusque corroboratur, secutus est, non magnus solum sed & terminus, & quato non modo Caroli Magni, verùm & Alessandri, Pompeique & Herculis propè rerum fulgore, & bene gratia, & magnis magnorum virtutibus aqua posteritate vocabitur.

Et quid, vt ab humorum etiam dissidio, naturæ, quod mireris, consensum, & discordem, vt sic dicam, concordiam eliciamus, quòd idem planè morbus vtrique viam ad mortem, immo ad vitam patefecit.

I.

ILLOVM, cùm de more Aquigrani, mense Januario hie-maret, simul ac à balneo rediisset, febris corripuit: IN VASIT febris & Diuum Patrem, quæ ab hora tertia postremi diei mensis Augusti, ad horas viginti quinque continuas, alternante Euripi in morem, nunc caloris aestu, nunc frigoris reciprocatione assidua Principis optimi in carnificina & laniana perstigit.

Verùm vt in vtrumque febris sœuiret, quæ salutares vtrique naturæ succos exorbebat. Mentis tamen & Religionis nervos neutri aut elidere, aut luxare potuit. Nam ve-

P H O E N I C I S.

pedibus maximè non possent ingredi, animo non hoc minus
confiterunt: et morbi licet pondus utrumque deprimerebat,
morbum tamen repressit uterque, dum sacrosancta se synaxi,
vero aduersum mortem amuleto, communiuissent.

II.

C A R O L O morienti Pontifex Hildeboldus. D I V O
Patri Archiepiscopus Toletanus assistebat.

III.

C A R O L V S supremo vita in astu, cruce signata et frō-
te et pectore, sublatis in cælum oculis, Deo perquam Chri-
stianè se commendauit: D I V V S Pater item, crucem, salutis
æternae symbolum, cuius in signo victoria est, et in qua ip-
sius typus est archetypi: ambabus manibus amplexus, qui in
ea peperderat, Deum hominem, et animo et oculis, ad ex-
tremum usque vitæ spiritum, quam intētissimè intuebatur,

IV.

I L L E quinto Calendas Februarias, hora diei tertia: hic
decimo Calendas Octobris, die Diuo Mattheo sacro, hora
post medianam noctem fere tertia.

V.

I L L E regni anno quadragesimo septimo: HIC postquam in Hispania,
Sicilia, et Sardinia annis quadraginta quatuor regnasset.

VI.

I L L E subactæ Italæ quadragesimo tertio: HIC cum annis
triginta octo administrasset Romanum Imperium.

VII.

I L L E etatis septuagesimo secundo, plenus dierū. HIC vita
anno LVIII, cù biénio antequam è vita abiret Imperio, regnisque
omnibus, ac potestate sese abdicasset, plenus gloria, et satur
mudo, quem sua iā dudu cogitatione reliquerat, excessit.

III.
Confecta-
cio.

Sic duo immortalitate dignissimi Monarchæ reciderunt ad

cineres, ut surgeret ad coronā: et corpore correperūt in terram, ut spiritu sub volarent in cælum: ubi invicta se Dei immortalis maiestas plenissimè patefecit: ubi ipsa se Diuinitas reducēto velo de facie ad faciē cōspiciēdam exhibet: ubi Angelicis choris uterque immistus, salutari & vinifica CHRISTI DEI fruitur præfētia. Certe cū nō morū tantū sanctitate, & vitæ innocentia, sed & mortis ad duellū obfirmatione, alter in altero relucere visus sit: non possum nō ab infinita Dei misericordia mihi persuadere, quin in ipsis vitæ perennis atrijs (qua Mortē adeò per ipsam, nō vitatū, nec ut fregit Latij terror Hānibal Alpes, aceto dūtaxat: sed aceto cū felle misto, et hircina aqua immisto sanguine, via facta, penetrārūt) Eterna de morte, peccato genita, lati corā Domino, & in Dño triūphant. Nā qua se supremo in agone Carolus Magnus, & spiritus & verbi et operū & fidei armatura cōtexerat, eas se & Diuus pater, in sua cū morte monomachia cōmuniuit. Vtrūq; galca salutis, cuius à cono ēneus ille assidi dolosæ ter metuēdus Serpēs assurgebat, vtrūq; & thorax iustitiae, & scutū fidei, in quo diuina sculptura, hinc sicco pede sanguine rubēs mare trāsībat Moyses, illinc miser natabat Pharao, protexit. Uterque lūbos circūcinctus baltheo per veritatem, pedem cum mendace contulit.

CAROLVS hastā, qua Christo in cruce pendenti miles latuſ aperuit: DIVVS Pater Spiritus POMΦΑΓΑΝ ΔΙΣΤΟ MON OΞΕΙΓΑΝ secum ad certamen apportauit.

Felices, quos, ut fortes & verè cōstātes Imperatores, beatæ Immortalitatis paludamēto Deus induit, quesq; medijs inter medios CHRISTI fideles p̄fsetē late Deū licuit cōsistere.

Atq; utinā, sicut beatus est uterq; ita nos p̄pitij foueāt auctueretur: Deoq; optimo maximo cū cari sit, nos noſtraq; oīa,

P H O E N I C I S.

urbes, portus, & hoc amabile ac Gratijs dicatum Belgium,
illamque Antipodum reētricem Hispaniam, cum perillustri
ac vetusta nobilium statioue Neapolij, & secundis Siciliae ci-
borreis, cum tot minime male fortunatis Insulis, & aduer-
so demum nobis, nec aduerso tamen orbe, sedulo cōmendent:
ab eoque & sacratissimæ tuae maiestati, & regij tui thalami
consorti Reginæ Elizabethæ, ac suo illis tecum communi filio,
in quo & aui, & in auo Caroli Magni virtus, ac Patris, &
in Patre Lodouici Pij bonitas relucet, Carolo, illaque ter au-
gusta in Triade nobis in columitatem impetrat.

At quid etiamnū optamus, quo iam diuino munere per-
fruimur, cum iſdem pæne diebus, quibus tuus Rex clemen-
tissime, immo Patriæ immo ſeculī ſui Pater, noster Cæſar, no-
ſter Augustus, noster Imperator, meliorum Cælitum in Se-
natū, mūdi ſublunarī è turba traductus eſt, pro ſumma
diſſentione mirificam cōcordiam, pro maxima & nouennali
Europæ perturbatione ſummā & perpetuam orbis tranqui-
litatem, pro bello pacem, pro cædibus, ſtupris, incendijs, rapi-
nis nuptias, amplexus, rifsus, & oſcula, à noſtris pridem pec-
catis irato, nunc placato Numine, impetrarit.

Nec mirum cuiquam videri debet, si cuius inuicta fuit
virtus, diuinum Ingenium mens cæleſtis & ſumma Pietas,
qui dignitate Imperij proximus in terris acceſſit ad Deum,
cum poſt mortem pia & ſalutaris & Ecclefia & Imperij ci-
ra attigerit: cum qui in Domino moriuntur, alij à ſemetipſis,
hoc eſt, quam ſumme boni eſſe non poſſint, vt quibus nuſqua
plerius quam Chriſti Dei in oculis, voluntatem & amore
erga nos ſuum explicare, totosque ſe expandere liceat.

Neque enim quos Deus Optimus Maximus diuinæ ſuæ
bonitatis radijs illuſtrat, quoſque ſua bonus in umbrat potē-
tia, mi-

aus nunc benè aut velle aut posse credendi sunt, quām cūm tot calamitatum necessitate circunsepti, sub graui & iniquo Naturæ pondere fatiscerent.

COMPARATIO CAROLI MAGNI ET MAXIMI, A CONSIGNIFICATIONE PHOENOMENON ET PRODIGIORVM VTRIVSQUE ETATIS.

At quām non nunc tātūm, cūm ad eam diuinarū Mētium coronam, ad illud animorum concilium, mundi inferioris è colluione sublati sunt: sed et in viuis cūm essent, propitio & cālo & cāli Architecto Deo uterque r̄sus sit, vel exterior calificacies vtraque etate commonstrat.

NAM, vt sunt qua in cālo videmus, verè hieroglyphica, & mera rerum omnium programmata, quibus suam Deus Optimus Maximus oeconomiam lucente in æthere descripsit. Ita hæc ipsa ad perficiendam Cæsaris Sanctissimi APOTHEOSIM & inter se & cum reliquis Uniuerstitatis capitibus, per quam amicè conspirasse deprehendas.

I.

Solis in primis & Lunæ defectus, etatum & Monarcharum (verorum vt sic dicam, cronocratoron) & symbolismum, & Sympatiam, & si per tenebras, luculenter tamen significarunt.

Nostra etate, vnius anni tempore, semel Sol, ter Luna, cālo hebescente, visa est languescere.

Quo tempore in humanis erat Carolus, nec vñquam intereā, vna Solis & tres Lunæ Eclipses, anni intra dimēsum, (vt præter Astronomos, Palmerius & Vincentius in Chronicis adnotarunt) conspectæ sunt.

I,
Ab Eclipse
bus

PHOE NICIS

Eaque & defectus quantitate & zodiaci loco, dictu mīrum, cum nostris propemodum conueniunt. Nā perpetuam veluti Anni magni secundum Ephemeridem, ijsdem pānē se diebus attollere vīse sunt.

ANNO DCCCX. deficiebat Luna in Capricorni initio, XI. Cal Iulias. defecit & nostro seculo Anno. M.D. XLIII. in Capricorno, quarto Julij die.

R V R S V M tūm xviiij. Cal. Ianuarias Luna vmbram ter rae subiēt, ita vt Solis lumine spoliata, ad XIII. digitos in cācro defecerit. NOSTRA ētate Anno M.DXLIII. die xxvij. De cembriis, itidem Luna defecit in Cancro, eadem quantitate vmbra inuoluta.

Quæque in Geminis subsecuta est Solis eclipsis et loco & quātitate par est illi, quæ in octauū fīdū Junij, Anno DCCC. x. incidit.

POSTREMO, vt Anno. M.D.XI III. Sole obtinente xiiij. Aquarij, Menſe Ianuario, ad dextantem de Solis facie Luna obscurauit: ITA & Anno DCCC.VII. Sol in xxv. parte A- quarij ad dextantem sui orbis visus est deficere.

II.

A Come- II.
III.
Porrò quos nunc l. minum cincinnes, & elementares quasi stellas vidimus, vidiit & atas Caroli. Neq; enim quid prohibet ea que Physicas habent cauſas, diuinioris quoque naturæ nexus & quandam quasi colligationem sua insuper impressione consignare.

V T Anno restitutæ ſ: lutis DXXIX. duo Cometæ conspecti sunt, quorum alter visus est Solem orientem præcedere, alter occidentem subsequi. I T A Anno M.D.XXXVIII, & sequete, duo Cometæ apparuerunt. I L L I mense Ianuario. HORVM alter die xvij. Ianuarij, alter Anno sequente, menſe Maio, quo Iſa,

quo ssabella Augusta, regiae tuæ maiestatis mater fato concessit, ad tres ferè septimanæ, tristi & funesta tum face, tum facie, seu funeri præluente funali, incanduit.

III.

Obscura quinetiam naturæ secretioris capita vtrinque inter se consentiunt. Obscurum voco, quod et si præter communem naturæ notioris ordinem fiat, non omnino nulla tamculis æternæ figuratione, & tanquam diuina virtutis mixtura constituitur.

A prodi-
giis, ijsque
que in cœ-
lo conspe-
cta sunt;

Suntque eius generis, quæ, vulgo prodigia, quæ ostenta, quæ portenta vocamus, ut sunt illa tot auræ tenuis pigmenta, tot diuersi cœli charactères, quibus nos digitii velut indicio, rerum & naturæ parens Deus, aut ab obscura spe, & cœca expectatione depellit: aut ad præclara rerum magnarum studia, repressa omni planè desperatione, inuitat.

1. Solis primū, quoddam quasi iustitium.
2. eiusque decolorationes,
3. et siderum, ut sic dicas, colliquationes;
4. ignis purpurissum,
5. et sanguinea aëris sinopis;
6. crucium decusse,
7. Hostilisque irruptionis prodromi, ac segetum calamitas, Locustæ;
8. armorum sonitus, & aëreæ phalanges;
9. luxatae adhæc aquariorum cataractæ,
10. ac terræ emotæ grauior succussus;
11. ignium insuper è terra exextuationes;
12. et deformium in natura conformatio;
13. etatum itidem statu, & veluti anniversaria ieunia;
14. nec nō Tritonū, lögæ seculorū post diludia, innoxia collusio

NAM

PHOEНИCIS

I.

NAM ut potest, cum vult Deus, Solem longius producere, ut Soli præcipit, & non oritur, ut stellas claudit velut ob signaculo: ITA Sol suum Saxonico vtrinque in prælio cursum suspendere iussus est. ILLUD Turpinus: istud Alcantarae Praefectus Auila testatus est.

II.

ANNO D. CCC. XC VIII. atris caloris macula totos septem per dies in Sole apparuit: ANNO M. D. XLVII. XXIII. die Aprilis, quo die præliū secundum Cesar fecit, & duobus in sequentibus, cruenta Solis facies, non in Saxonia tantum, sed & in Gallia, & supera inferaque in Germania, conspicta est.

III.

ET quod habet liber Regiarum donationum Ultraiectensis Ecclesiæ stellas visas cælo decidisse: NUNC Jacobo Susio, viro eruditissimo, & longæuo & astrorum cum primis perito sene, in Batavis, narratnm est.

IV.

VT anno DCC. LXXXVII: ITA & Anno M.D.XLII. & M.D.LI rore sanguineo tellus immaduit.

V.

TVNC Cruces Sigiberto Gemblacensi in Chronicis: nunc Joanni Francisco Pico Mirandula, in Staurostochide, ex aëre delapse sunt. ILLÆ Anno D. CC.LXXXIII. & Anno LXXXVIII. HÆ Anno M.D.I. & Anno M.D.III. ISTHIC bis quinquennij tempore: Hic bis intra tempus triennij.

VI.

ET ut ingentem effudit locustarum copiam. Annus DCCC.LXXXIII. ITA Annus M.D.XLII. parum secundo locustarum

cystarum prouentu fuit fæcundus. ILLAS egit ventorum vis, Orientis à regione inferiore in Germaniam: hæc è Polonia in Silesiam, è Silesia in Misniam, densatis agminibus grassatæ sunt.

Et tantum de ijs, quæ vtraque ætate à cælo vel in aëre obseruata sunt.

*Terra verò, non minus nunc mira quam quæ prior dedit III.
ætas, protulit prodigia: immo vix alia, quam quæ tum Caro A Prodi-
li, tum Lodouici Pij seculum mortalibus exhibuit, non ali- gijs, quæ
ter, ac si decurso veluti Naturæ suæ spatio, iterum se sistere.
iussa sint. terra pro-
duxit*

I.

*EXPERTA est tunc temporis Constantinopolis ingentes,
et quibus tum templa, tum monasteria corruerent, tres ter-
ræ motus. NVNC duos sensisse creditur, quorum alter Soly-
manni regiam solo aquasse, alter tredecim hominum milia
obtruiisse dicitur.*

*ET vt insulam Cretam, quam Candiam hodie vocant,
Anno DCC.XCVII. sic & Anno M.D.LIX. horribilis terræ
motus affixit.*

*ANNO DCCC. vt auctor est Paulus Æmilius, horrendo
Italiæ, Galliae, Germanie fragore terra concussa est, et qui-
dem Spoletij maximè, ita vt montes quidam vasto sinu sub-
sederint, noui tumuli assurrexerint, oppida quædam corrue-
rint, quædam hiatu hausta sint: vt fluminum nobilium rapi-
ditas sit retroacta, mare alibi refugerit, alibi insolito astu re-
dundarit: NVNC, vt narrat Conradus Lycothenes, Anno
M.XXXVIII. æquè vastis tremoribus terra nutare, et quasi
emota sedibus, nūc huc nunc illuc, abire, aut referri visa est.
Puteolis siquidem mare passibus fere ducentis consueta à li-*

P H O E N I C I S.

tore recessit, & magnus terræ tractus, qui inter radices montis, quem Barbarum incole appellant, & mare iuxta Avernum iacet, sese erexit, ac montis subito nascetis figuram imitatus est, quasi quædam sit rebus omnibus immista materies, quæ (qui hominum in diuinis captus est) certa continuata natura vi, certis interuallis videatur circumagi, quæ circa umbilicum terræ, quem teste Chrysippo, Sol obsidet, non aliter quam in axe rotetur, quæ definitis temporum spatijs exæstuet, sursumque feratur, quæq; certo tempore illas, de quibus @ sexto de Republica Cicero, & apud Strabonem Druyde locuti sunt, terrarum exustiones, eluisionesque conficiat. Habet enim uero Annus magnus, ut astatem, ita & hiemem suam: ut datas habet ecpyroses, ita & certos habet cataclysmos.

IV.

SIC ruptis Aetnæ crateribus, fractis Vesuij repagulis, vis que est ardentior intus, Anno DC. LXXXV. aquæ horrendum vt nunc proruit: idque pari ferè vtrōbique temporum interuallo. Nam vt tunc uno & eodem @ Aetna & Vesuius anno iniuncta tum frigoris tum caloris exarsit violētia: ITA nunc Aetna Anno M.D.XXXVII: Vesuius Anno M.D. XXXVIII, vastis è fornacibus erupit.

V.

Sic illo ipso mundi spiritu, eodem illo terræ pondere, quo siphonum modo, fluiorum pater Thybris, ad annum DC.XC. expressus est, iterato nunc, velut paria secum faciente, atque alia alijs temporibus reddente natura, sese extulit. NAM viti tum Thybris & portam Flamineam, & pontem Antonini Pij, quem olim Sublicium vocarūt, à fundamētis euertit: ITA nunc Anno M.D.XXX. postquam in triginta trium pendum al-

dum altitudinem locis vrbis depressioribus sese extulisset, ab sorptis vndarum voragine compluribus, & publicas & pri uatas ædes est demolitus.

VI.

Nec Tiberis tantum, sed & Athesis, ita in immensum tunc excreuit, vt vrbis Veronensis mœnia aquarum impe tu deiecerit.

VII.

Immo eiusmodi tum sensit Italia tota diluuium, vt manus vix ullum Nohæ post tempora extitisse crediderint.

Et forte ab hac ipsa etatis anteactæ inundatione, suum traxerit Verdungus. Anno M.D. XXIII. diluuij præsigum. Inueterato sic à Terrorē gignitur Error. Sic queis diluuium, et qui insignia aquæ conuenerant Planete, pepercérunt, metu madefacti sunt.

VIII.

In Germania verò heroïca illa Caroli etate, Saxoniam eum ad modum vicina flumina inundabant, vt pagum longè à ripis & fluminibus remotum, cum ædificijs, arboribusque, & miseriis cum colonis abripuerint: vt in nūc Anno M.D.LII. decimo quarto die Augusti, ad montes Sudetes, Saxonie vicinos, proruentium ab auulso nubis fragmine aquarum impetus vicinas Suevi ripis, ædes, hortos, & pontes subruit.

IX.

Tum Anni DCC.XLIII. gelu illud tam vehemens, quo pelagus omne ad centum miliaria constitit. Anni M. CCCC. XLIII. (quo Rex Vladislaus cum Amurate nimis infeliciter confixit) intensissimo cum frigore coniunctum, biemis magna, si non mensēm, hebdomadā saltem,

P H O E N I C I S.

occulta à proprietate constituit.

Admiranda certè & vix credenda, si partes modo eius,
ac non totam cōpleteāris animo, etatum pro mistura, rerum
naturæ sunt miracula: verū harmonica vniuersitatis ratio
cogit ipsam sibi in omnibus & per omnia congruere.

x.

Nunc, nequid vspiam Rex clemētissimè desideres, quod
in Leucis, Anno DCCC.XXIII. puella annorum circiter duode-
cim, in annum tertium, nulla penitus corporis alimenta per-
cipere visa est: NOSTRA quoque ætate, apud Nemeses, in
Margarita Rhodia conspectum est.

Mirum sane, quod quæ monstros sunt simillima, non so-
lum monstri nihil alant, sed & naturæ certitudinem demō-
strant. Deus enim (vt pulcrè, vt omnia, Diuus Augustinus)
cum sciret, quarum partium similitudine vel diuersitate con-
texeret pulcritudinem vniuersi, etiam monstra hominum, in
mundum producere voluit.

Erat porrò, & hæc æquè atque illa, annos nata plus mi-
nus duodecim, vt Gerardus Bucoldianus, Diui Ferdinandi
patrui tui Physicus, edito libello retulit.

xI.

QVIN vt anno D.XCVI. paulò ante Caroli ætatem, na-
tus est puer quadrupes, duos habens vertices: ITA Anno
M.CCCC.XCV.III. IDVS Septembris, puellas duas, corpori-
bus integras, sed capitibus à vertice in frontem connexas,
Tangionum in agro, nasci contigit.

xII.

Demum, an vllus Caroli in ætate, quantumuis lascivietis,
ac in magno fertilitatis gaudio intra se exultatis, rerū naturę
lusus est, cui nostra non ad vngue festa Secularia respondeant.

Tritonum

Tritonum age medijs in fluctibus ludibria, an suo natura parallelo destituit?

Narrat Alexander ab Alexandro Genialibus in diebus, quos Atticis Gellijs pro noctibus reposuit, Theodorū Gazam, virum Græca facūdia & Philosophiæ præceptis clarissimum, apud Iouianum Pontanum, ad quem frequens ventitabat, scitè admodum & luculenter ratiocinatum: Se, dum in Pelopōneso ageret, & fœda maris tempestate oborta, durissimo tempore anni, nonnulla piscium monstra procellæ ad litus illisissent, inter cetera vidisse Nereide in litore fluctibus exposita, viuetē iam & spiratē, vultu haud absimili humano, facie quoq; decora, neq; inuenusta specie, corpore squamis hirto, ad pubem vsque nisi quod cetera in locustæ caudam desinebant.

Ad quam properè visendam cum frequens concursus fieret, ipseque, & nonnulli è propinquis oppidis vicini, affinesque eò se contulissent, illam frequeti turba circundatam, mæstam & animo consternatam, ut ex vultu coniectari erat, in litore iacētem, crebroque suspirio fatigatam cōspexit: mox, cum à tam frequenti corona inspiceretur, seque in sicco destitutam videret, præ dolore gemitus spirantes & lacrymas vberes dedisse, ac tandem brachijs et cauda, quo maximè modo poterat, humili reptantem, paulatim ad aquas peruenisse: cumque se præcipitem magno nixu in mare dedisset, ingenti impetu fluctus secare cœpisse, momentoque temporis elapsam ex oculis nusquam apparuisse:

Quod ipsum, ut Diui Patris tui ante ætatem accidit: ita & ætate maiorum Caroli Anno D.CI. Triton forma maris & cum illo fæminæ specie, seu Nympha, seu Naïs, seu si manus Cymothoë, ab exortu Solis ad horam nonam diei, cunctis spectandum se exhibuit. Adeò quod altera est in ætate, ad al-

PHOENICIS

teram porrigitur.

Ad hunc modum, Rex Iuicissime, vniuersa quæ suo cælum lumine collustrat, quæq; suo terra inumbrat interiectu, secretore cæli vi incitata, ad instaurandam Diui Patris tui APOTHEOSIM vtraque ab ætate procumbunt. SIC (quæ omnia circumscribas) vtriusque ætatis res, spes, & cogitationes, eadem iterum ad nomina, loca tempora feruntur. ITA bella, fædera & cum rumoribus timores, auxilia, consiliaque & iunctæ euentibus occasiones, sua se se inclinatione ad ornandum & ætatem & ætatis nostræ Principem, ita volente Magno Deo, conuertunt. Dei siquidem inexplicabili consilio. immota vt naturæ, ita Imperij stat moles. Eius est cælum hoc, eius est naturæ condecoratio & rerum omnium coagmentatio Ille Heroës, & Principes viros: ille homines prudētes. ille mundi Monarchas, Carolos, Piosque. ille Antislites religionis, Leones, Adrianos, Paulos, & Marcellovalētimos: ille Ebورacenses, & Clemētes. ille Viglios, Lodouicos, Aurias, Chalones: ille Auregios, Cœrius, Moncadas: ille Garzias, Vegas, Gōdisaluos: ille Justinianos, Donatosque & Adolphos, Teuchtherorum cum præfectis, ad mundi incolumentem, à cælo submisit.

Et ecquis alius à Deo, cælo imperabit, quas cupiet Eclipses? Quis tam varie varias cæli facies, notas, Cometas, acies, suum ad nutum configurabit? Quis ecpyroses, quis cataclysmos excitabit? Quis exciet locustas? Quis sanguinem & cruentas ab aëre cruces elicit? Quis, nisi eam Deus cælo demittat, cælo detrahat annonam? Deus enim, vt pulcrè, ætatis nostræ Vergilius, Vida cecinit.

Est unus omnium bonorum publicus

Difsemulator, ille cæli præpotens

Regna-

*Regnator, orbis conditor, hominum sator:
Cui omnia famulantur, omnia subiacent
Obnoxia.*

DESCRIPTIO PHOENICIS, AB OC-
CVLTIS RERVM NATVRÆ PROPRIETATIBVS.

Profectò quid alijs de ea tanta diuersarum etatum ex-
pressione videatur, vt est suum cuique iudicium, peni-
tus ignoro. At (quod iam ab annis plus decem cogitaui, huius
licet mei mellificij thymos fucus depastus sit) Germanici Im-
periū fundatorem (arolum, Patre Pipino, auo Martello geni-
tum, Caroli austriaci Cesaris excellentissimi in figura, mihi
videre video. Nec satis, qua potissimum naturæ vi id fiat,
vt verum fatear, Rex serenissime, intelligo. Aut enim est or-
do (vt @ Eugubinus, quanquam indefinite, obseruauit) à
primo homine succedentis, & per omnia secula delabentis,
cum Imperij, tum doctrinæ: aut Spiritus Dei, diuersis tem-
porum interuallis in humana sepe pectora insinuans, eundem
se ætate differentibus exhibet.

Manilius certè, honoratus Urbis æternæ Senator, reci-
procas diuinioris naturæ vices apud C. Pliniū agnouit. Nam
cum Phœnicis vita & siderum tempestatumque significatio-
nes easdem redire, @ Anni magni conuerzionem fieri testa-
tus est: ac rata fides est inter auctores (vt manuscriptus Jaco-
bi Susij, viri Clarissimi, Solinus habet) cum Phœnicis vita,
magni Anni fieri conuerzionem.

Horus quoque, aut quisquis libelli illius auctor est, Phœ-
nici instaurationem diuturnam, & quæ post multa fiat secu-
la, ex Egyptiorum disciplina tribuit.

Iosephus item, gentis Hebrææ Dux atque Imperator, An-
num magnū, hoc est, quo sidera cursus omnes suos, coitiones
separatio-

P H O E N I C I S

separationesque aspectus respectusque quas facere vlla ratio
ne t) natura sua possent, perficiunt, sexcentis, quot annis
suum Manilius Phœnicem, suum Pythagoras Euphorbum,
suum Ennius Homerum, si Archilochū sequamur, definiuit.

Phœnix verò non aliud est (vt nec Euphorbi nec Home-
ri regeneratio) quām incrementum quoddam lucis, ex Sole
eterno concepta: aut, vt planius dicam, certa etatis series,
maiora nec tens, quæ quasi expletam rerum cōprehensionem,
et rediuiuam cæli solique virtutem amplexa sit, Est enim in
ijs, quæ iugi motione cidentur, immobile quoddam, fixum ra-
tumq; naturæ decretum, quod veri, falsi, cogniti, incogniti,
legem, et vitæ propè lucem in se continet, quod actiones om-
nes, ad Eutaxiam conseruandam institutas moderatur, et
maiore quodam numine (eius verò notæ sunt in numeris) cir-
cumscribit, quod modo quoque et pondera sustinet, et quæ
supera in regione, quæque in terris conspicuntur, ad aquabi-
les mensuras, numerosque appendit.

At quantò melius hæc, etatis nostræ Antistius alter, et
non iuris prudentiae tantum sed et platonicae atq; adeò secre-
tioris philosophiae multo peritissimus Hopperus: quanto re-
ctius si ijs quæ de notis Ægyptiacis, et Dijs Consentibus,
præ manibus habebat supremam manu apposuisse, Peronotii
Tyro Morillonus, aut qui illi merito succēturiatus successit,
ingeniosi torematis et priscorum fastorum per quam crudii
tus interpres, Stephanus Vinandus Pighius.

Ego, quod vel me tacente, lector non omnino segnis depre-
hendat, non aliud nūc facio, nec vt facerem elaborau, quām
vt quæ nos ordinis lucisque et properantis in palingenesiam
naturæ commonefaciunt, augusta hac mea in Cōsecratione re-
presentem. Siquidem vt Phœnix confectis etatis sua spa-
tijs, in ci-

tijs, in cineres abit, & ex suis tandem à morte cineribus repullulat: ita præstans excellensq; naturæ vis, præstantes Heroës, perbeatas Regum animas, post certas atatum periodos multo expressissima in imagine excitat, & ad mundi laboratis subsidium in tempore submittit. Superiorum etenim corporū progressus quasi sistitur, ut eo vel in statu, vel conticinio, caram Deūm sobolem, Dijs amica capita, rerum natura perficiat, non aliter, quam cum maris fluetus aliquantis per sedantur, ne fetificantem Halcyonem impediāt, néue sœutia ventorum quassetur, aut vndis obruatur avis hospitæ nidus.

Sed illa, Halcyonia dico, quatuordecim dierum constant indutijs: Phænicem, atq; illud, quo iterum ad Troiam mittitur Euphorbus, quo rediuius in Ennio somniat Homerus, septingentorum propemodum annorum segmenta constituant. Segmenta voco puncta illa duo, & à quo cœpit, et in quod atatis Heroïcæ desinit periodus.

Heroïcarum rursum ætas ea est, qua mortales omnes ad meliorem & sanctiorem viuendi rationem, magnis atque diuinis in terra patefactis operibus vocantur.

Nunc quod alia ex alijs emergunt, nouum non est. An non ignes animatos, lampades & coruscantia fulgura, que & irent, & in se reuerterentur, per spiritum vidit Ezechiel? An non Salomonis rota super cisternam circuoluit? Lampades vitam, quæ ex perpetuis illis ignibus est: fulgura diffusos à Sole aeterno radios, & ipsam illam luminosi coporis ΠΑΝΑΓΕΙΑΝ, qua & collustratur, & incandescit Phænix, nobis cōmonstrant. Rota & motu, & configurationis forma eam quæ in se vñq; recurrit, aut fati, aut naturæ vim significat.

PHOENICIS.

Eterna siquidē constitutione nexuq; caussarum laten-
tium suis quæque numeris decurrere iussa sunt. Sunt certi
cursus etatum. Sua cuiq; est data tempestiuitas. Magna
est consiliorum, magna est occasionum & cœntuum va-
rietas. Verùm quò maior eorum omnium inter se differen-
tia est, hoc magis mirentur oportet omnium etatum homi-
nes, atq; vltima sacerdorum omnium memoria, cum hanc ala-
terius in altero imaginem conspicient. Ipsa enim (vt fideli-
ter, et si minus feliciter quam vellem, septem hisce meis pha-
lyris cōmonstro) animi pietate, ipsis vitæ consilijs, & re-
rum omnium successu, duo tot sacerulis disiuncta orbis Chri-
stiani capita conueniunt; ijdem vtriusq; mores, eadem in-
stituta, magna amborum pietas, magna res gestæ fuerunt.

Atqui iusta sit oportet ea Apotheosis, verum sit elogium
necessum est, quòd bis viuida virtus cæli, quòd vniuersæ
mundi partes, omnisq; natura, quòd totum corpus Solis, es-
omnes luminum anfractus, quòd varie varius Dei spiritus
& mens mundi inter homines constituit.

Nulla siquidem in cælo, Sole, spiritu, natura, aut for-
tuna, aut temeritas, aut erratio, aut vanitas in-
est: sed omnis ordo, veritas,
ratio, constantia.

F I N I S.

HOR-

HORTENSIVS IN PHOENI-
CEM VOERTHVSIL.

Aurea Canchleis nusquam nisi nascier oris
Proditur vna Arabū, & viuax tot secula, Phœnix.
Phœnix Panchaiae simul atq; in sede parentis
Deposuit nidum, sacraq; locauit in ara,
Vertere se magnum stellis redeuntibus annum
Fert fama, æternas & fila reuoluere Parcas.
Ecce autem Arctoo Phœnix & fulua sub axe
Edita puniceis (mirum) Voerthusia pinnis,
Cæruleis cui cauda notis distincta nitescit:
Tam magis illustris, quam illa altior euolat ales,
Et moritura minus, nomenq; decusq; perenne
Seruabit, quam nulla dabit cariosa vetustas.
Non triste, extinctam, crudelis funere bustum.
Hic canit obscurum fato infelixq; poëma,
Excudit medicas alius sudoribus artes,
Aut nodosa parat rigidarum anigmata legum.
Sed raro æternum produnt fatoq; superstes,
Qui celebrant Regum, ceu tu Voerthusie, laudes
Æternis mandant nomenq; & scripta tabellis.

IOANNES CRVCIVS AD
VOERTHVSIVM.

Dicite mi Musæ, cultissima Numinanobis
Quo nam Voerthusi pascitis ora cibo?
Sic ego, sic Musæ. quam te sententia fallit!
Nectaræ quo potius nos alat ipse, roga.

RERVM AC VERBO- RVM INDEX.

Primus numerus paginam, secundus faciem designat.

A ron Rex Persatum	20. 2.	Antonius Orator & Cōsul Romanus	7
Abdalja Afer	12	Antonij Perenoti Cardinalis , primi	
Abdemarus Genuensis	19. 2	Mechlinensium Archiepiscopi elegi-	
Abdemelech Afer	12. 2	um	7. & 10. 2
Abdila Afer		Ibidem Anxiæ emulacionis studia posthaben-	
Abraham Afer		Ibidem da	6. 2
Academia Bononiensis	11	Aphrodisij vrbis expugnatio	18. & 20. 2
Academia Complutensis	10. 2	Apotheosis Diui Caroli	11. & 27
Academia Dilingensis		Ibidem Aquarum cataractæ	28
Academia Parisiensis		11 Aquilæ Romanæ in Aethiopia non vi-	
Academæ Louaniensis elogiū	Ibidem	la	21. 2
Achilles Statius	21	Aquisgranum	24. 2. & 25
Adulphus Princeps Chaucorum	17. 2	Archiepiscopus Toletanus	10. 2. & 25. 2
Adulphus Princeps Veriensis	Ibidem	Archilochus Historicus	32. 2
Aegyptus	11. 2	Atiadenus Barbarossa	11. 2. & 12
Aeneas	6. 2	Aristotiles	6. 2
Aestas anni magni	29. 2	Armatura euangelica	26
Aetatum periodi	38	Asia	11
Aetas heroica	Ibidem. 2	Athesis fluuius	30
Aethiopia	21. 2	Atrebatesij descriptio	7
Aetna	29. 2	Attromannus	11. 2
Affectus populis innatus	20	Augustana Comitia	3. 2
Affectus temporibus agnatus	Ibidem	Augustinus Eugubinus	34
Albinus Eboracensis	16. 2	Aureolus Præfetus Limitum	19
Albis fluuii Saxonie	13. & 22. 2	Auspicia Etrusca	9
Alexander ab Alexandro	30	Austriadae	25
Alexander Magnus doctriæ studia com-			
plexus est 6. 2. Admirator Homeri, Ibi		B.	
dem. Imitator Achillis, Ibidem. eius			
atas ferax doctissimorū hominū, Ibid.		Baleares Insulæ	11. 2
Alexandri Medicæ Florentiæ Ducis elo-		Balteus veritatis	26
gium	9	Barbarus mons	29. 2
Alexander Seuerus eo die nascitur , quo Barrus pater & filius			21
Alexander Magnus obiit. 7. 2. Amantis Basilius Marchetus Sami Dominus	9. 2		
simus fuit literarū 6. 2. Studiofissimus Bataua			28. 2
Virgilij. Ibidem. Imitator Achillis. Ibid.		Belgij elogium	16. 2
Alhoris Maurus	12	Benevolentia	24
Amidas Tunetenensis Regis filius	20. 2	Bartholomæus Baptista Platina	9. 2
Amurates Turcarum Imperator	30	Bonifacius Corsicæ Præfetus	18
Andreas Doria Præfetus Cæsaræ claf.		Borysthenes	23
fis	19. 2	Britannia	22. 2
Angelus Resendius	21	Brugæ Flandrorum	10
Anima mundi	8		
Antipodes	21	C.	
Antistius Labeo	32. 2		
Antonius Morilonius		Ibidem Caius Plinius	

I N D E X.

Cæli diversi characteres	28	Danubius	23
Cæli seu habitationis beatorum descri- ptio	25. 2	Deformium in natura conformatio Deus est agens multò liberrium	23 14
Candia	29	Fatuni & Fortunam temperat, Ibidem.	
Carolus Magnus fundator Germanici Imperij. eius pietas & religio. 8. con- cilia & comitia. Ibidem. In humano corpore vitâ cælestē imitabatur, Ibid. eius inclinatio in bona studia.	11.	Piorum Manus diuinæ sua bonitatis radijs illustrat 26. 2. Cæli architectus, 17. 2. & 27. Oeconomiam suam in æthere descripsit, Ibidem. Rerum & na- turae parens, Ibidem. 2. & 28. Dei chro- nographa apparere in astris. 27. Deus soli præcipit & non oritur. 28. 2. Stel- las claudit obsignaculo, Ibid. eius inex- plicabili consilio, & naturæ & Imperij stat moles, 31. 2. Heroës & Principes vitæ à cælo submittit, Ibid. Epirores & cataclysmos excitat, Ibid. Annonam cælo demittit.	
Carolus Martellus avus Caroli Ma- gni	32.	Ibidem	
Caroli v. elogium. 8. & 25. pietas & reli- gio. 8. concilia & comitia. Ibidem. de- ponit Imperium, 25. & 8. Obseruantissi- mus legum. 9. Pacator Floretiæ, Ibid. Institutor Ducum Florentiæ, Ibidem. Instaurator sui saculi, 11. eius bellum cum Solymanno, Ibidem. 2. Bellum cum Rege Francisco. 12. Pater patriæ. 26. 2.		Descriptio Aulæ Cæsareæ, 9. 2. & 10.	
Carthago	12. & 20	Descriptio consecrationis prisorum Im- peratorum	10. & 20.
Cataclysmi	29. 2	Descriptio Martis	11
Cathelon Germanus	18. 2	Descriptio pacis	15
Christiernus Daniæ Rex	22. 2	Desiderius Rex Longobardorum	12. 2.
Chrysippus	29. 2	eius elegantia & eloquentia	13. capti- uitas,
Cicero	23. 2	12. 2.	
Cimbrica Chersonesis	22	Didaci Mendoza Hispani elogium,	
Clemens Britannus	9. 2. & 17	fol.	10. 2
Clemens Historicus	9. 2	Diluum	30
Clementia	13. 2	Diuis Aurelius Augustinus	Ibidem
Clupea Vrbs Africæ	20. 2	Donatus Acciaiolus	9. 2
Cœlius Lufitanus	21	Donatus Venetus	18
Cometæ	27. 2	Dorgutes perata	19. 2
Communis notioris naturæ orto	28	Druide	29. 2
Conditio beatarum animarum post mor- tem	26	Dij à Carthagine auersi	fol. 10. 2.
Conradus Lycosthenes	29	E.	
Corona diuinarum mentium	27		
Coronatio Bononiensis	21. & 24. 2	Eclipses Solis & Lunæ	17. 2.
Cosmi Medicai Florentiæ Ducis elogi- um	9. & 10	Eduardus sextus Angliae Rex	fol. 22. 2
Constantinopolis	29	Eduinus Britannia Rex	Ibidem
Creta	Ibidem	Egbertus Praefectus Tenebrorum	17. 2.
Croiorum illustris familia	19	Eginhartus Historicus	9. 2. & 24.
Cruces è cælo delapsæ. 28. 2. crucium de- cusses, Ibidem. Crucis Dominicae clo- gium 25. 2. Cruz cōfessionis Christia- nae symbolum	16. & 35. 2	Elisabetæ Francæ Vxoris Philippi Hispa- niarum Regis elogium	13. 2
D.		Ennij Homerus	32. 2
Dalmatia	Ibidem	Ephemeris anni Magni	27
Damianus à Goës Historicus	21	Equitandi peritia	24
Dania	22. 2	Euphrates	21
		Europæ perturbatio	Ibid. 2. & 26. 2
		Eutaxia	32. 2
		Ezechiel	33.
		F.	
		I. 3	Febris

I N D E X.

Febris descriptio	25 Hieronymus Comes à Laſſe	23
Ferdinandus Cesar	22. & 30 Hieronymus Oſorius	21
Ferdinandus Gondifalum	18 Hieronymus Phaletus	9.2
Ferdinandus Toletanus Dux Albæ	14. Hieronymus Vida	31.2
eius elogium	18.2 Hippo nouus	20.2
Festa ſecularia	30.2 Hippo Regius	Ibidem
Figuratio lucis æternæ	28 Hildeboldus Pontifex	25
Florentia	9 Hispaniarum elogium	21. & 26.2
Fons Rapidus oppidum Cantabriæ	18.2 Homerus	6.2
Fortitudo	24 Horus Apollo	5. & 32
Franciscus Rex Galliarum	12. eius indo Hugo a ſtate Caroli Magni	18.2
les, mores, ſtudia 13. Humanitas & po.	Hugo Moncada	Ibidem
tentia, Ibidem, eruditio	Ibidem. Hiems anni Magni	29.2
Franciscus Robertellus	9.2	
Franciscus Ximenes Archiepifcopus To-	I.	
letanus	10.2	
Fretum Gaditanum	23 Iacobus Sufius	28.2
Fulmen Etruscum.	Iaddus Pontifex	21.2
	Ibnabula Maurus à Carolo Magno re-	
G.	ſtitutus	12. & 20
	Leiunia ætatum	28
Gallia	28 Ignis purpurissum. Ibidem. Ignis exſta-	
Gariſas Arrogonius	18.2 tiones	Ibidem
Gariſas Toletanus	Ibidem. Ignis animati	33
Genius Augufti	13 Imitatio	23.2
Georgij Schenkij Liberi Baronis in Tao India		21
tenberg elogium	17.2 Infidiz Carolo V. poſtit	14
Gerardus Bucoldianus	30.2 Ioachimus Hopperus Iureconsul-	
Gerardus Nodianus	9.2 tus	32.2
Germani in Aethiopis	21.2 Ioannes Cardanus Prorex Siciliæ	2
Goleta	11 Ioannes Christophorus Stella	18
Gonſaluſus Peresius	9.2 Ioannes Franciſcus Picus Miradula	23.2
Gonſaluſus Ferdinandus Corduba	18 Ioannes Fridericus Dux Saxonie Ele-	
Guilielmus Ceruera	19.2 Actor	13.2
Guilielmus à Ceuria Marchio	Ibidem Ioannes Genefius Sepulueda	9.2
Guilielmus Malinætus	9.2 Ioannes Michael Brutus	Ibidem
Gymnaſium Bifantinum	10.2 Ioannes Paefius Caſtrus	Ibidem
	Ioannes Vaſzus	Ibidem
H.	Ioannes Vega Prorex Siciliæ	18
	Ioannes Verdungus	30
Hadinius purata	19.2 Ioannes Verſoza	9.2
Hadriani Sexti Pont. elogium	16 Iouianus Pontanus	31
Hadrianus Junius	22.2 Isabella Augusta mater Regis Philip-	
Halcyonia	33.2 pi	28
Hannibal	26 Iſabella coniux Christierui Regis Di-	
Helionora Austria uxoris Regis Fran-	22	
cisci	13.2 Isidorus Pacensis	11.2
Hercules	26 Julius Solinus	5
Herimberrus Historicus	9.2 Iuſtinianus Dux Venetus	17.2
Hermoldus Historicus	Ibidem Iuſtinianus Iſtiaꝝ Præfectus	Ibidem
Hieronymus Buſlidius Archiepifcopus Iuſtia-		
Bifontinus fundator collegij Trilia-		
guis apud Louanienses	10.2	L.

I N D E X.

L elij Taurelli <i>Praefidis Florentini elo-</i>	<i>Naiades</i>	31
gium,	<i>Ibidem Neapolis elegium</i>	26.2
L ambertus Hortensis	9. 2 <i>Nicolai Belgæ viri clarissimi</i>	9.2
L argus Licinius	10. 2 <i>Nelus fluuios</i>	23
L atinorum coloniæ translatae in Bel-	<i>Numidia</i>	20.2
gium,	10 <i>Nymphæ</i>	33
L eonis decimi elegium	16. 2	
L iberalitas	10	0.
L inguæ Latinæ Maiestas	7	
L ocustæ	18. & 29 <i>Olympias mater Alexandri Magni</i>	7.2
L odouicus ab Auila	9 <i>Olympias nutrix Alexandri Seueri</i>	Ibid.
L odouici à Flandria domini Pratenfis	<i>Ostenta</i>	28
elegium	10. & 19 <i>Otho Thruscius Cardinalis</i>	10.2
L odouicus Pius filius Caroli Magni,	<i>Ottomanni</i>	11.2.
fol.	14. 2	
L odouicus Rex Vngariæ cæsus ad Moga		P.
tium	22	
L usitanorum navigatio	21 <i>Palingenisia</i>	31.2
L ydericus Harlebecus Flander	19 <i>Palmerius Chronographus</i>	27
	<i>Pandectæ Florentinæ</i>	10
M.	<i>Papia</i>	22.2
	<i>Papinianus Iureconsultus</i>	6.2
M ahometes Rex Tunetenfis	12 <i>Paulus Aemilius</i>	9.2
M arcellus Pontifex	16. 2 <i>Paulus Louius Episcop. Nucernuus</i>	13.2
M arcus Manilius	32 <i>Paulus Pontifer</i>	16.2. & 21.2
M are Hadriaticum	22 <i>Peleponnesus</i>	31
M are rubrum	26 <i>Petri Bembi Cardinalis elegium</i>	7
M argareta Austria vxor Octauij Earne-	<i>Phalangææcrea</i>	28
sij Ducis Parmensis & Placentiæ, Ibid.	<i>Philibertus Chalonius Princeps Aurena</i>	
M argareta Rhodia Spirensis	30. 2 <i>gia</i>	18. 2
M aria Anglia Reginæ elegium,	15 <i>Philippi Hispaniarum Regis elegiū</i>	15
M aria Regina Vngariæ vxor Lod. Re-	<i>Phœnicis descriptio</i>	31. & 33.2
gis	21 <i>Phœnomena</i>	27
M arius Aretius Syracusanus	9. 2 <i>Pipinus pater Caroli Magni</i>	32
M auritius Dux Saxoniz Elector,	22. 2 <i>Polonia</i>	23
M aximiliaurus Bohemiae Rex	23 <i>Portenta</i>	28
M aximilianus Egmondanus Comes Bu-	<i>Prodigia</i>	Ibidem
rensis	14 <i>Puteoli</i>	29
M endozios Imperator Hispanici exerci-		R.
tus ad Granatum	18	
M ilidochus Saxo	22.2	
M onasterium vrbis Africæ	20.2 <i>Reginaldi Poli Cardina. elegiū</i>	16. & 17
M oncada	18. 2 <i>Renatus Princeps Autengia</i>	19
M ontes Sudetes	30 <i>Rodericus Toletanus</i>	12
M os Romanorum Imperatorum in ton-	<i>Rome pristæ comparatio cum viba Ve</i>	
dendis barbis	24. 2 <i>neta</i>	7. & 21.2
M uleafles Rex Tunetenfis	10. 12. & 20. 2. <i>Ros sanguineus</i>	28.2
	<i>Rossettes frater Regis Tunetenfis</i>	10.2
M ustapha Solymanni filius strangula-		S.
tes	12	
N.	<i>Salecus pirata</i>	19.2
	<i>Siach Tahamas Persarum Rex</i>	20.2
	<i>Sigebet-</i>	

I N D E X.

Sigebertus Gemblacensis	28. 2	Tuedus Fluuius Scotie	11
Sinas Purata	19. 2	Tunetum expugnatum	11. & 20. 1
Sol Dei imago est, 20. Solis defectus, 27.			
Solis iustitiū, 28. eius decoloratio, Ibid.		V.	
Salomonis rota	32	Valentinius Pontifex	16. 2
Solymannus Turcarum Imperator, 11.		Venetorum elogium	17. 2
Eius Regia solo æquata	29. 2	Verona	30
Stellar elementares, 27. 2. Stellar cælo Yefuuius			29. 2
delapsæ	28. 2	Viennensis obſidio	11. 2
Stephanus VVimandus Piggius	32. 2	Vigilius vir clarissimus	19. 2
Suffa urbs Africæ	20. 2	Vigilius Zuichemi Phrisij, primi præfudis	
Symbolismi	27	magni confilij in Belgis elogium.	
Sympathia	Ibidem	Ibidem, & 20.	
		Vincentius Chronographus	27
T.		Vifurgis Fluuius Germaniæ	22. 2
Tabaches peurata	19. 2	Vladislaus Rex Vngariæ	30
Tagus fluuius Hispaniæ	13	Vlpianus, Iureconfultus	6. 2
Terræ motus	29	Ultraiectensis Ecclesia	21. 2
Thamasis fluuius	23	Vnefteda filia Clementis Britanni Gre-	
Theodorus Gaza	31	cē & Latinē doctissima	17. 2
Thracia	11. 2		
Titus Litius	7	Z.	
Transluania	22		
Tremisienus Rex Africæ à Carolo V. re-	Zuatopolingus Princeps Vngarus,	22. 2	
stitutus	20. 2	Zulcimannus	11. 2.

F I N I S.